CORPVS SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS
ACADEMIAE SCIENTIARVM AVSTRIACAE

VOL. LXXII:

ARATORIS SVBDIACONI

DE ACTIBVS APOSTOLORVM

EX RECENSIONE
ARTVRI PATCH McKINLAY

VINDOBONAE
HOELDER-PICHLER-TEMPSKY
MCMLI

ARATORIS SVBDIACONI
DE ACTIBVS APOSTOLORVM

EX RECENSIONE

ARTVRI PATCH McKINLAY

VINDOBONAE
HOELDER-PICHLER-TEMPSKY
MCMLI

OMNIA IVRA RESERVATA

Vindobonae
Ex universitatis Vindobonensis officina typographica
Adolphi Holzhausen Successorum

PRAEFATIO EDITORIS

Arator opus suum mille quadringentis annis abhinc et hominibus aetatis suae muneri dedit et posteritati legavit. At editio satis idonea nondum exstat, cum editores codicibus paucis et plerumque inferioris notae aut recentioris aetatis usi sint. Hinc denuo conari visum est. Occasionem vero gratiarum Regentibus Universitatis Californiensis agendarum propter auxilium ab eis praestitum non omittam. Item bibliothecariis Europae et Americae propter multiplicia officia eorum gratus sum. Deinde opera et auxilio opus meum adiuverunt viri doctissimi Rand, Laistner, Clemens, Bjork, Lowe, Carey, Oldfather, Brown, Mras Vindobonensis et praecipue Friedländer qui benigne mihi permisit, ut se semper consulerem. Nec Stanfordum Miller, Junam King, et Editham Frimel omittam, sine quorum auxilio hoc opus nondum absolvi potuisset.

In Universitate Californiensi
anno Domini MDCCCCXLVIII.

ORDO RERUM TRACTARUM

Praefatio
- De titulo
- Editiones priores
- Quare editio nova desideranda sit
- Codices
  - A. Classis I
    - a. Codices meliores
    - b. Codices deteriores
  - B. Classis II
    - a. Codices meliores
    - b. Codices deteriores
  - C. Classis III
    - a. Codices meliores
    - b. Codices deteriores
  - D. Codices in classes non distributi
- De orthographia
- Testimonia de vita et arte Aratoris
- Bibliotheca
- Sigla codicum
- Compendia et sigla

Epistola ad Florianum
Epistola ad Vigilium
De Actibus Apostolorum
Epistola ad Parthenium
Supplementum adnotationis
- A. De locis criticis
- B. Lectiones minimi momenti

Indices rationis typicae
- A. Antiphrases inter Lucem et Umbram
- B. Figurae baptismatis
- C. Figurae agrestes
- D. Figurae mysticae
- E. Numeri vis mystica

Indices sententiarum facetarum
- A. Lusus nominum
- B. Lusus verborum et sententiarum
- C. Oxymora

Index grammaticus
Indices scriptorum una cum passim ab editore allegatis
- A. Scripta sacra
- B. Auctores ecclesiastici
- C. Auctores classici

Index verborum

PRAEFATIO

De titulo operis nostri dicere difficile est. Auctor quidem ipse opus suum varie appellat utens, ut sub *Fontibus*, *infra*, p. 9 demonstratum est, talibus vocibus quales sunt *actus*, *carmen*, *historia apostolica*, *historica*. Item apud commentatores titulos varios reperimus: *de Actibus Apostolorum Petri et Pauli*; *in Actus Apostolorum*; *in Acta Apostolorum*; *historia apostolica* (sic frequentissime allegatur); *historiae apostolicae libri*.

Qui hoc opus ediderunt, alii alios titulos usurpaverunt; cf. titulos editionum, quas aut ipsas aut photographice expressas inspexi:

Aratoris Cardinalis Historiae Apostolicae Libri duo (ed. Aldus Manutius [*Collectio antiquorum Christianorum poetarum*] II, apud Aldum: Venetiis, 1502).

Aratoris Cardinalis Historia Apostolica cum Commentariis Arii Barbosae Lusitani (de Porris: Salmanticae, 1516).

Aratoris Historiae Apostolicae [*Libri*] (ed. Fabricius Chemnicensis. *Poetarum veterum ecclesiasticorum Opera*, Basileae, 1564).

Aratoris Subdiaconi Romanae Ecclesiae Cardinalis in Apostolorum acta, libri duo, etc. (La Bigne. *Magna bibliotheca veterum patrum, etc.* tom. 8, 1654).

Aratoris sanctae Romanae Ecclesiae Poemata [*Historia Apostolica*] (La Bigne. *Maxima bibliotheca veterum patrum, etc.* tom. 10, 1677).

Aratoris Subdiaconi Romanae Ecclesiae Cardinalis in Apostolorum acta, libri duo, etc. (ed. Amati *Collectio Pisaurensis, omnium poematum, etc.* tom. 6, 1766).

Aratoris, subdiaconi, de actibus Apostolorum libri duo et epistolae tres ad Florianum, Vigilium, Parthenium (ed. Arntzenius: Zutphaniae, 1769).

Idem (Migne. *Patrologiae cursus completus, etc.* tom. 68, 1844).

Aratoris de actibus apostolorum carmen (ed. Hübner. Nissae, 1850).

Aratore. Contributo allo studio della letteratura latina nel medio aevo (ed. Perugi. Venezia, 1908).

QUARE EDITIO NOVA DESIDERANDA SIT

Legenti quidem quod de titulo supra scriptum est editiones plerasque vetustiores esse manifestum est. Recentiores autem parvi pretii sunt. Hübner ipse, ut in Epilogo dicit, editionem Arntzenii (Migne) sequitur. Perugi viliori-bus codicibus utitur. Textus eius erroribus qui typographici vocantur scatet. Stemma codicum constituere nemo adhuc conatus est. Qui codices sub manibus erant editores adhibebant. Hoc plane ab eruditis cognitum est, cum complures de textu Aratoris recensendo meditarentur. Inter quos erat Henricus Schenkl, qui et codicibus et fontibus Aratoris diligentissime conquisitis codices conferre coepit sperans fore, ut opus circa annum MDCCCCV paratum esset. Praeter eum Ludovicus Bieler editionem auctoris nostri parabat. Varias quidem lectiones e sex codicibus enotavit: Gothano 115 S. IX; Treverico 1093/1469 S. XI *med.*; Cantabrigiensi Gg. V. 35 (1567) S. XI; Ambrosiano C. Sup. S. IX —S. X; Vaticano Pal. Lat. 1716 S. X—S. XI; Vaticano Reg. 300 S. X. Hi codices omnes a me collati sunt praeter Cantabrigiensem, qui fortasse haud magni momenti est, nam tot codices noni et decimi saeculorum praesto sunt, ut parvi pretii sint recentiores. Hermannus quoque Tesner nonnullos codices a me collatos contulit.

Titulos et *Capitula*, quia utilia sunt in lectionibus deligendis et in locorum significatione percipienda, in editione mea non omittere visum est. Eadem de causa *testimonia* et *fontes* apud auctores classicos, biblicos, et ecclesiasticos reperta et a viris eruditissimis Iohanne Schrödinger, Alfredo Ansorge, Maximiliano Manitio collecta sub textu frequenter proferre visum est.

Glossae quoque in margine et inter lineas repertae auxilio meo operi fuerunt. Imagines quae vocantur photostaticae codicum et editionum in hoc opere adhibitorum in bibliotheca Universitatis Californiensis in urbe Angelorum deposui.

CODICES

Glossae quoque in margine et inter lineas repertae distribuere placuit. Hos omnes circiter triginta quinque ipse diligenter contuli. Gravioris vero momenti locos in ceteris quoque codicibus inspexi, sed magni pretii nihil, ut alibi [1]) ostentum est, repperi. Omnes hi codices cum satis alibi [2]) descripti sint, hic solum in classes proprias dispositi sunt.

Classis 1

Codices meliores ex auctoritate sua dispositi

1. Paris. B. N. Lat. 12284. S. IX (ante 820 Carey); *Ep. ad Fl.* (P²); *Ep. ad Vig.*; *De Act. Ap.*[3]) (28). Ex omnibus codicibus qui ad hoc opus pertinent gravissimus fortasse est hic codex: Primum, praeter fragmentum parvum *B* veterri- *P*

[1]) "Studies in Arator II", *Harvard Studies in Classical Philology* LIV (1943), 112—113.

[2]) *Arator: the Codices* (Cambridge, The Mediaeval Academy of America, 1942); v. etiam *op. alleg.* (*supra*, n. 1), 114.

[3]) Numeri ad numerationem in *op. alleg. supra* n. 2 adhibitam referenda sunt.

mus nostri auctoris codex *P* est. Re vera, ut alibi [4]) demonstratum est, ad saeculi septimi memoriam scriptam refertur. Deinde, codex *P* frequenter lectiones gravis momenti habet quae a lectionibus aliarum classium differunt.[5])

H 2. Paris. B. N. nouveau fonds 16700. S. IX: *Ep. ad Fl.*; *Ep. ad Vig.*; *De Act. Ap.* (32). Hic codex aliquanto recentior quam codex *P* eiusdem classis esse videtur cum multae lectiones gravis momenti horum codicum inter se congruant.[6])

Ut alibi [7]) demonstratum est, nostri auctoris textus usque ad priorem Libri II partem altera saeculi noni parte diligenter recensus est. Haec redactio in compluribus classis primae codicibus se detegere videtur.

R 3. Paris. B. N. Lat. 9347. S. IX: *Ep. ad Fl.*; *Ep. ad Vig.*; *De Act. Ap.* [def. Lib. I 342—II 95]; *Ep. ad Parth.* (25). Propter lectiones gravioris momenti in quibus codices *P* et *R* inter se congruunt codicem *R* una cum codice *P* ponere visum est.

T 4. Paris. B. N. nouveau fonds 18554. S. IX *med.*: *Ep. ad Fl.*; *Ep. ad Vig.*; *De Act. Ap.* (34). Cum hic codex et prior saepe inter se congruant,[8]) is quoque classis primae fortasse est.

C 5. Cantabrigiensis (Trinitatis Collegii) B. 14. 3. S. IX: *Ep. ad Fl.*; *Ep. ad Vig.*; *De Act. Ap.* (67). Perinde ac codices *R* et *T* codex *C* quoque una cum classe prima congruit.[9])

A 6. Ambrosianus C. 74 Sup. S. IX—S. X (Cuzzi): *Ep. ad Fl.*; *Ep. ad Vig.*; *De Act. Ap.* (85). Cum aliquanto quidem

---

[4]) "A New Fragment of Arator in the Bodleian", *Speculum* XIX (1944), 354—355.

[5]) Cf. *op. alleg.* (*supra*, n. 1), 97—99.

[6]) *Ibid.*, 104.

[7]) "Studies in Arator I. The Manuscript Tradition of the Capitula and Tituli." *Harvard Studies in Classical Philology* XLIII (1932), 145; *op. alleg.* (*supra* n. 1), 100, 101, 111, 112, 115.

[8]) Cf. *op. alleg.* (*supra* n. 1), 101 – 102.

[9]) Cf. *op. alleg.*, 105.

recentior quam codex *R* sit, tamen una cum hoc codice in classe prima eum includere visum est.[10])

7. Etonensis 150 (Bl. 6. 5). S. X—S. XI: *Ep. ad Fl.*; *Ep.* *N*
ad Vig.; *De Act. Ap.*, Lib. I 1—521 (69). Recentior quidem est hic codex; tamen cum eius et codicum vetustiorum lectiones saepe inter se congruant,[11]) una cum his codicibus ponere visum est.

8. Bodleianus E. Mus. 66. S. VII: *De Act. Ap.* I 32—63; *B*
85—122; 647—681; 684—724 (passim parum clare). Cum codici paucae lectiones sint, tamen magni pretii est, quod codicem *P* antiquae memoriae coniungit.[12])

Codices deteriores

Saeculi noni quidem alii classis primae codices sunt:

9. Paris. B. N. nouveau fonds 18555 S. IX *ex.* (Rand): *X*
Ep. ad Fl.; *Ep. ad Vig.*; *De Act. Ap.*, Lib. I—II 962 (35). Codex *X* una cum codicibus *R T Y Z* aliquanto recentior[13]) codice *P* est.

10. Carnotensis 70. S. IX: *Ep. ad Vig.*; *De Act. Ap.*, *Y*
Lib. I—II 703 (11); Vossianus Q. 15. S. IX: *De Act. Ap.*, Lib. II 704 ad finem[14]) (79).

11. Vossianus Q. 86. S. IX: *Ep. ad Vig.*; *De Act. Ap.* *Z*
[def. Lib. I 524—539] (81). In codicibus *Y* et *Z* minor[15]) classis videri potest et simul codicis *P* memoriae propinquiores[16]) codice *R* sunt.

12. Londinensis B. N. add. 11034. S. IX: *Ep. ad Fl.*; *V*
Ep. ad Vig.; *De Act. Ap.* [def. Lib. I 499—556; II 673—114] (70). Similiter atque in codicibus *Y* et *Z* minorem

---

[10]) *Op. alleg.* (*supra* n. 1), 101.
[11]) *Ibid.*, 108.
[12]) *Op. alleg.* (*supra* n. 4).
[13]) *Op. alleg.* (*supra* n. 1), 102.
[14]) "Membra Disiecta of Manuscripts of Arator", *Speculum* XV (1940), 96—97.
[15]) *Op. alleg.* (*supra* n. 1), 102—103.
[16]) *Ibid.*, 103—104.

classem in codicibus *V* et *C* reperimus; ceterum una cum codice *C* codex *V* in classe prima ponendus est.[17])

ב 13. Valentianensis 390 (373). S. IX: glossae in Aratoris *De Act. Ap.*, Lib. II 238—529; 838—1118 (39). Hic codex classis primae conflatione facta ortus esse videtur.[18])

Aliquanto quidem recentiores sunt alii codices classis primae:

Π 14. Paris. B. N. nouveau fonds 17905. S. IX—S. X: *Ep. ad Fl.*; *Ep. ad Vig.*; *De Act. Ap.* (33). Hic codex codici *H* per complures lectiones coniungi posse videtur.[19])

Θ 15. Paris. B. N. Lat. 2773. S. IX—S. X (Rand): *Ep. ad Parth.*; *Ep. ad Fl.*; *Ep. ad Vig.*; *De Act. Ap.* (17). Hic codex memoriae recentioris classis primae esse videtur.[20])

Aug. 16. Augiensis (Baden) 206. S. IX: *De Act. Ap.*, Lib. I 1—74; 324—447. Hic codex per complures lectiones memoriae codicis *A* coniungi videtur.[21])

Ψ 17. Londinensis, Harleianus 3072. S. X: *Ep. ad Fl.*; *Ep. ad Vig.*; *De Act. Ap.* (72). Hic quoque codex in minore classe cum codicibus *Π* et *Δ* poni posse videtur.[22])

Γ 18. Paris. B. N. Lat. 8092. S. X (Rand): *Ep. ad Fl.*; *Ep. ad Vig.*; *De Act. Ap.* [def. Lib. I 651—671; II 133—182; 336—384; 439—632; 687—783; 1082 ad finem (19)]. Hic codex codicis *R* memoriam sequitur.[23])

ג 19. Vaticanus, Reg. 300. S. X: *Ep. ad Fl.*; *Ep. ad Vig.*; *De Act. Ap.* (96). Hic codex cum omnibus classibus et praecipue cum codice *Π* coniungitur.[24])

Σ 20. Paris. B. N. Lat. 13336. S. X—S. XI (Rand): *Ep. ad Fl.*; *Ep. ad Vig.*; *De Act. Ap.* Lib. I—II 131 (29). Hic codex

---

[17]) *Ibid.*, 105.
[18]) *Ibid.*, 105.
[19]) *Op. alleg.* (*supra* n. 1), 109.
[20]) *Ibid.*, 105, 106.
[21]) *Ibid.*, 108; *op. alleg.* (*supra* n. 2), 64.
[22]) *Op. alleg.* (*supra* n. 1), 108—109.
[23]) *Ibid.*, 109.
[24]) *Ibid.*, 110, 115.

multas lectiones codicum *H*, *Δ*, et *Ψ* ostendit. Conflatio saeculi noni eum valde affecisse videtur.[25])

21. Paris. Mazarinus 3862. S. XI *ex.*: *Ep. ad Fl.*; *Ep. ad Vig.*; *De Act. Ap.* (36). Hic codex cum memoria codicis *Φ* coniungitur.[26]) *D*

22. Londinensis, Harleianus 3093. S. XI: *Ep. ad Fl.*; *Ep. ad Vig.*; *De Act. Ap.* (73). Hic una cum codicibus *Σ* et *Ψ* ponendus est.[27]) *Δ*

23. Vossianus O. 72 S. XI *in.*: *De Act. Ap.* Lib. I 427— II 1250 (80). Hic codex codicibus classis primae coniungi videtur.[28]) *Ξ*

24. Paris. B. N. Lat. 11329. S. XII (S. XI *med.*, Rand): *Ep. ad Fl.*; *Ep. ad Vig.*; *De Act. Ap.* Lib. I—II 910 (26). Hic codex propter lectionem *vivere turmis* I 383 codicibus *Y*, *Z*, *N*, et *Θ* coniungi videtur.[29])

Classis II

Codices meliores

25. Paris. B. N. Lat. 8095. S. IX *med.* (Rand): *Ep. ad Fl.*; *Ep. ad Vig.*; *De Act. Ap.* Lib. I—II 943 (20). Redactio supra dicta[30]) in hoc codice reperiri videtur.[31]) *F*

26. Aurelianensis 295 (248 bis). S. IX *post med.*: *Ep. ad Fl.*; *Ep. ad Vig.*; *De Act. Ap.* [def. ab Lib. II 736] (16); Vossianus F 12. S. IX *post med.*: *De Act. Ap.* Lib. II 736 ad finem[32]) (78). Apparatum criticum observanti codices *F* et *I* alterius classis esse videntur.[33]) *I*

---

[25]) *Ibid.*, 108—109.
[26]) *Ibid*, 109.
[27]) *Op. alleg.* (*supra* n. 1), 108—109.
[28]) *Ibid.*, 110.
[29]) *Ibid.*, 108.
[30]) Cf. *supra* n. 7.
[31]) *Op. alleg.* (*supra* n. 1), 100—101.
[32]) *Op. alleg.* (*supra* n. 14).
[33]) *Op. alleg.* (*supra* n. 1), 96—101.

Codices deteriores

W 27. Aurelianensis 80 (77). S. X—S. XI: *Ep. ad Fl.*; *Ep. ad Vig.*; *De act. Ap.* [def. a Lib. II 1243] (15). Cum hic quidem codex alterius classis esse videatur, codices *H* et *Ω* passim sequitur.[34])

Φ 28. Paris. B. N. Lat. 8096. S. XI: *Ep. ad Fl.*; *Ep. ad Vig.*; *De Act. Ap.* (21).

Classis III

Codices meliores

Reiectas quidem lectiones in Apparatu Critico scrutanti codices huius classis, praecipue *E G K L M O*, codicibus aliarum classium coniunctiores esse videntur. Etiam hos codices praeter *K* ex Teutonica memoria esse apparet.

G 29. Gothanus 115. S. IX: *De Act. Ap.*, Lib. I 96—II 1156[35]) (48).

L 30. Londinensis B. M. add. 18363. S. IX: *Ep. ad Fl.*; *Ep. ad Vig.* 1—7; *De Act. Ap.*, Lib. I 22—946[36]) (71); Dresdensis A 199. S. IX: *De Act. Ap.*, Lib. I 947 ad finem[37]) (43).

K 31. Paris. B. N. Lat. 8319. S. IX—S. X: *Ep. ad Vig.* 25 ad finem; *De Act. Ap.* [def. Lib. II 839—1199][37]) (23); Paris. B. N. Lat. 8320. S. IX—S. X: *De Act. Ap.*, Lib. II 839—1199[38]) (24).

E 32. Einsidlensis, Bibl. Monast. 302. S. X: *Ep. ad Fl.*; *Ep. ad Vig.*; *De Act. Ap.*[39]) (101).

Codices deteriores

M 33. Monacensis 19451. S. X (fortasse S. XI): *Ep.*

---

[34]) *Ibid.*, 104, 108.
[35]) *Op. alleg.* (*supra* n. 1), 107.
[36]) *Ibid.*, 106.
[37]) *Op. alleg.* (*supra* n. 14), 95—98.
[38]) *Op. alleg.* (*supra* n. 1), 106, 109.
[39]) *Op. alleg.* (*supra* n. 1), 106—107.

ad Fl.; *Ep. ad Vig.*; *De Act. Ap.* [def. Lib. II 156—190][40]) (53).

34. Sangallensis, Bibl. Vad. 336. S. X: *Ep. ad Vig.* 28 —31 S^2; *De Act. Ap.*[41]) (102). *S*

35. Bruxellensis 185 (1828—1830). S. X: *Ep. ad Fl.*; *Ep. ad Vig.*; *De Act. Ap.*[42]) (5). *Ω*

36. Valentianensis 412 (393 *bis*). S. XI: *Ep. ad Fl.*; *Ep. ad Vig.*; *De Act. Ap.* (40). Codices *Ω* et *U* inter se coniungi videntur.[43]) *U*

37. Vaticanus, Pal. Lat. 1716. S. X—S. XI: *Ep. ad Fl.*; *Ep. ad Vig.*; *De Act. Ap.*[44]) (93). *O*

38. Treuericus 1093/1469, anno 1048 exaratus: *Ep. ad Fl.*; *Ep. ad Vig.*; *De Act. Ap.*[45]) (61). *A*

39. Paris. B. N. Lat. 8318. S. XI: *Ep. ad Fl.*; *Ep. ad Vig.*; *De Act. Ap.* [def. Lib. II 580—905; 926 ad finem][46]) (22). *J*

40. Paris. B. N. 11330. S. XI—S. XII: *Ep. ad Fl.*; *Ep. ad Vig.*; *De Act. Ap.* [def. ab Lib. II 1215] [47]) (27).

Codices in classes non distributi

Superiores quidem codices omnes diligenter collati sunt. Multi et plerumque recentiores codices, ut demonstratum alibi[48]) est, ad textum constituendum parvi momenti sunt. Hi etiam omnes praeter Sangallensem 870 a me inspecti sunt:

Montepessulanus 135. S. IX: *De Act. Ap.*, Lib. I 586—591; 593—615 (14).

---

[40]) *Ibid.*, 106, 109.
[41]) *Ibid.*, 109.
[42]) *Ibid.*, 108.
[43]) *Op. alleg.* (*supra* n. 1), 106—107.
[44]) *Ibid.*, 106, 110.
[45]) *Ibid.*, 106.
[46]) *Ibid.*, 106, 109.
[47]) *Ibid.*, 109.
[48]) *Ibid.*, 112—113.

Sangallensis 870 [florilegium auctorum Latinorum]. S. IX (103).

Dresdensis A 205. S. X (44).

Bodleianus 12415 (C 570) [def. Lib. I 651—1021; 1051—1076; Lib. II]. S. X—S. XI (76).

Vindobonensis 275. S. XII (3).

Vindobonensis 285 (Theol. 712). S. XII (4).

Bruxellensis 186 (5380—5384). S. XII (6).

Cataulensis 8 (9). S. XII (9).

Ebroicensis 24. S. XII (12).

Gratianopolitanus 859. S. XII (13).

Paris. B. N. Lat. 11329. S. XII [S. XI Rand] (26).

Paris. B. N. nouveau fonds 16699. S. XII *ex.* (31).

Paris. Sanctae Genovefae. S. XII *ex.* (37).

Berolinensis 147. S. XII (41).

Amplonianus 91. S. XII *ex.* (45).

Monacensis 4005. S. XII (52).

Monacensis 22288. S. XII (54).

Pommersfeldenensis 2 (2913). S. XII [*inc.*] (59).

Guelferbytanus 3552 (Aug. 12). S. XII (62).

Guelferbytanus 4413 (Gud. 109). S. XII (64).

Laurentianus in Plut. XXXIII, Cod. XVII. S. XII (82).

Laurentianus in Plut. XXXIII, Cod. XVIII. S. XII (83).

Vaticanus, Pal. Lat. 1717. S. XII (94).

Vindobonensis [apud Trent. Mus. Nat.] 186. S. XII (98).

Carolopolitanus 103. S. XII—S. XIII [Rand] (10).

Francofurtus 139. S. XII—S. XIII (47).

Bruxellensis 187 (2825). S. XIII (7).

Danticensis 2397. S. XIII [plerumque deperdit.] (8).

Paris. B. N. Lat. 14758. S. XIII [S. XIV Manitius] (30).

Lipsiensis 1306. S. XIII (50).

Vindobonensis 243. S. XI (1).

Vindobonensis 275. S. XI (3).

Berolinensis 172. S. XI (42).

Gothanus 116. S. XI (49).

Monacensis 686. S. XI (51).
Monacensis 29035[a]. S. XI [def. Lib. I 89 ad finem] (56).
Monacensis 29035[b]. S. XI [plerumque deperdit.] (57).
Guelferbytanus 4383 (Gud. 79). S. XI (63).
Guelferbytanus 4627 (Gud. 320). S. XI (65).
Cantabrigiensis Gg. V. 35 (1567). S. XI (66).
Oxoniensis XVII (XVI). S. XI (77).
Laurentianus in Plut. LXVIII, Cod. XXIV. S. XI (84).
Casinensis, Compactiones, vol. XIV. S. XI (86).
Casinensis 145. S. XI: *De Act. Ap.* Lib. I 68—111 (87).
Casinensis 146. S. XI: *De Act. Ap.* Lib. I 68—111 (88).
Vallicelliana F. 26. S. XI (89).
Vaticanus Lat. 1665. S. XI (92).
Vaticanus, Reg. 230. S. XI [fortasse S. XII] (95).
Bernensis 286. S. XI *in.* (100).
Rylands 107. S. XI. *Ry*
Trecensis 1722. S. XI—S. XII (38).
Erlangensis 2112, 16. S. XI—S. XII [plerumque deperdit.] (46).
Westminsteriensis 5. 183. S. XI—S. XII (74).
Edinburgensis 7. 16. S. XIII (68).
Bodleianus 12398 (C 552) [proverbia Aratoriana] S. XIII *in.* (75).
Vallicelliana B. 136. S. XIII (91).
Pommersfeldenensis 164 (2707). S. XIV (60).
Cracoviensis 1571. S. XIV *ex.* (99).
Monacensis 29033[c]. S. *inc.* (55).
Monacensis 29035[c]. S. *inc.* (58).
Roma B. V. Vallicelliana F. 65. S. *inc.* (90).

Codices recentiores a me non inspecti [49])

S. Crucis (Heiligenkreuz. Norici) 227 [florilegium] S. XII.

---

[49]) *Op. alleg.* (*supra* n. 2), 63—65.

Neo-Claustroburgensis (Klosterneuburg, Norici) [florilegium]. S. XII.

Harleianus B. M. 3121 (commentarii). S. XI.

Harleianus B. M. 3872. S. XIV.

Regius 7 C. VII. S. XIII.

Regius 15 A. V. 2. S. XI *ex.*

Carnotensis (inc.) [Haenel, 132 f.]. S. XVI.

Carolopolitanus 378 [Haenel, 119]. S. XVI.

Cracoviensis 2251 A A VII. 36. anno 1436.

Eboracensis XVI. Q 14 (42). S. XIII.

Laurentianus in Plut. XXIII. S. XV.

Leningradensis. Lat. O. U. XIV, no. 8. S. XV.

Leningradensis. Lat. O. U. XIV, no. 6. S. XVI.

Marcianus Cl. 1. 94 Lat. 53. S. XV.

Monacensis 24515. S. XVI.

Patavinus (Bibl. Capitol.) C. 174. S. XV.

Parisinus B. N. Lat. 8022. S. XV.

Parisinus, Lat. Nov. Acquis. 734. S. XVI.

Parisinus, Lat. 8321. S. XV.

Policastr. del. Gulf., Bibl. del Seminar. 1. S. XIV.

Pragensis 1641. S. XV *in.*

Ravennensis. Class. 203, Lib. I 69—111. S. XV.

Remensis 1277. S. XV.

Vaticanus, Urbin. Lat. 352, anno 1481 exaratus.

Vindobonensis 3279 (Univ. 636). S. XIV (S. XV *vel* XVI Endlicher).

Regius 4 B. XIV. S. XIII *ex.*

Monacensis 19474, part III. S. XII.

Monacensis 19475, part I. S. XII.

Vaticanus Pal. Lat. 242, part. III. S. XIII.

Vaticanus Reg. Lat. 598. S. IX.

Ambrosianus M 9 Sup. S. XI—S. XIII (Cuzzi).

Ambrosianus E 57 Sup. anno 1500 exaratus (Cuzzi).

DE ORTHOGRAPHIA

De orthographia apud Aratorem decernere difficile est. Tales autem eruditos quales Henricus Keil aut Carolus Short et Charlton Lewis (Harpers) sunt, sequi visum est. Sed tamen veterrimi codicis Paris. 12284 *P* lectiones breviter recensere operae pretium est.

Nomina biblica

Ananias: sic I 417; anania I 716.

Daniel: danihel I 275.

Hebraeus: hebreus I 618; hebre (quater); ebreus I 718.

Iohannes: sic II 78; ioħn I 246; ioħa II 584; ioħ II 598; ioħs II 601; iohannis II 572; ioħan (ac.) I 624.

Israel: Isrł I 263; 266; 273.

Mathias: mathia I 106.

Moyses: sic II 1008, mosi I 791; moysi II 85; mose II 1139; mosen I 692; moses (voc.) II 733.

Solyma: solima II 827.

De consonantibus assimilatis

ad:

affectus I 133; II 380; aferre II 134; attulit II 910; adgrediar I 726; alloquor I 672; admitteret II 354; ammonet I 277; admoti (*o* ex *it*, ut vid.) II 354; astat II 204; 343; adstare I 978; II 571; adstans I 756; II 454; aspicit II 681; aspice I 403; adsertare I 1044; II 1100; adsuescite II 871; adstrictis II 918; adtendere II 23; adtemtare I 634; adtollor II 941; adtollat I 1065; atollens II 1074.

con:

colligit I 206; 504; collegit [collexit] I 1006; colligat I 367; collecta [o] II 1246; conparat II 197; 732; conpulit II 600; comperit I 931; II 825 [cōmp]; cōperto II 160; cōplectens [ans] I 591; conplexus (*s* supra scr. *x*) II 484; cōplet

II 301; cōplevit I 2; 956; 994; conpleat II 997; cōplere I 927; II 848; conplesse II 264; cōponas I 368; conposuere *Ad. Vig.* 24; conpone I 760; cōponere II 342; cōponens I 97; comprehendere II 320; conprobat I 108; 692; cputat I 115.

in:

imbuit I 122; inludit I 526; inluminat II 225; inlustrat II 255; inlustrare II 588; imminet I 333; impulit I 375; inpulit I 797; 1031; impellat I 493; imperat II 1022; implet II 398; implerent I 347; implere I 77; implorat [et *P*] I 813; imposuere II 1002; inponere (imv.) II 168; inposita I 961; II 4; inprobus II 434; inproba I 312; II 1165; inprovisa I 466; II 316; inpura II 280; inputet II 375; inradiat I 120.

ob:

offert I 833; II 867, etc.; obtanti II 103; optati *Ad. Vig.* 12.

De consonantibus inter se confusis

b et p:

babtisma I 117; 626; *sed* baptismatis I 204; 646.

d et t:

atque: adque I 168; 308; 392; *sed* atque I 256; 269; 355.

inquit: inquid I 507; II 283; 334; 1130; sed inquit (nonies).

velut: velud I 841; *sed alibi* velut.

l et ll:

loquela: loquellae II 318; loquellam II 752; *sed* loquele I 897.

sollemnis: sollemne I 781; sollemnia II 177; *sed* solemne II 354.

De vocalibus inter se confusis

ae, e et e:

Hebraeus: hebreus I 618; *sed alibi* hebre-.

haereticus: heretico II 611.

quae: que I 26; 100; q, I 44; quae I 74.

que: q, I 39; 41; 90; 99; q; I 46; 80.

saepe: sepe II 1094; *sed alibi* saepe *aut* sepe; sepius I 412; II 890; *sed* sepius II 96.

saevus: seva I 100; sevo II 1097; *sed alibi* saev- *aut* sev-.

e et oe:

fecundus: foe (ut vid.) cunda I 688; foecundius II 190; *sed alibi* fec-.

i et y:

hystorica II 1082; *sed* histor- II 142; 891.

Pytho: pithonis II 385.

o et u:

agnosceret: agn'ceret I 713; cf. cogn'ceret fol 24^{v} (Laistner. p. XX).

suffocata: suffucata II 505.

De aspirato *h*

De h redundante, vel absente, codices inter se dissidentes reperimus: *ita* ebreus *P** I 718; *sed alibi* hebreus; ora I 856; *sed* hora I 856; umescat II 997; ymnum I 337; hymnum II 417; exametris *Ad Vig.* 25; Ieremiā *Ad Vig.* 26.

DE ARTE ET VITA ARATORIS TESTIMONIA

Cassiodorus [S. V *med.*] *Variae* VIII 12 (*MGH* Auct. Ant. XII 242—243)

Aratori V. I. Athalaricus Rex

... Neque enim adhuc minus probatus agnosceris, licet primaevus veneris ad honores. Advocationis te campus

exercuit; te iudicii nostri culmen elegit. Nam ita intra te fuit quamvis ampla professio litterarum, ut tuum ibi consenescere non pateremur ingenium. Auspicatus es militem, cum implere potueris cognitorem, et quamvis traheret te eloquentia pro defensione dicere, suadebat tamen aequitas iudicanda proferre. ... Sed ut merita tua exemplis potius laudabilibus asseramus, iuvat repetere pomposam legationem, quam non communibus verbis, sed torrenti eloquentiae flumine peregisti. Directus enim de partibus Dalmatiarum ad dominum avum nostrum sic necessitates provincialium, sic utilitates publicas allegabas, ut apud illum magna cautela sollicitum et copiosus esses et fastidia non moveres. Abundantia siquidem verba cum suavissimo lepore defluebant et cum finem faceres, adhuc dicere quaerebaris; delectando movendo implebas magis veri oratoris nisum, cum iam causidici deseruisses officium. Genitoris quin etiam tui facundia et moribus adiuvaris, cuius te eloquium instruere potuit, etiamsi libris veterum non vacasses. Erat enim, ut scimus, egregie litteris eruditus. ... Sed ut ad propositum redeamus, paterno igitur exemplo ingenium extendisse credendus es, qui in Romano foro eloquentiam non nutristi. O beatum magistrum felicissimumque discipulum, qui affectuose didicit, quod aliis doctorum terror extorsit! Romanum denique eloquium non suis regionibus invenisti et ibi te Tulliana lectio disertum reddidit, ubi quondam Gallica lingua resonavit. ... Cognosce quid ex meritis tuis aestimavimus, quando te illius consilio vides esse sociatum, qui nostri imperii tractat arcanum. Hinc est quod te comitiis domesticorum illustratum isto honore decoramus, ut merito maiora de nostris debeas sperare iudiciis, qui in te adhuc meliora credimus inveniri. Grande tibi negotium vides esse commissum; quicquid egeris, generalitas sentit....

Ennodius [S. VI *in.*] *Opera* LXXXV (*MGH* Auct. Ant. VII 112—115)

Praefatio quando Arator auditorium ingressus est

... Quorsum, venerabilis magister, libertatis index, boni testimonium sanguinis, ingeniorum lima, fabricator sensuum, haec verba praemiserim, si requiras. ... Te inter palestra tua originaria linguae palma sollicitat, te inter cives, mei immemor, superba Delus adnumerat, tu Castalii gurgitis lautus possessor incedis. ... Te sudore continuo nulla diversitate interpellante utpote colonum suum doctrinae messis amplificat. ... Tu in sustentationem ruiturae libertatis felix dextera subrogaris. ... Quid, rogo, visum est dudum insigni eloquentiae tuae in me tam longe positum oculos destinare? Fuerunt magis alii, quos dictionis tuae ornamenta componerent quibus verborum falerae per Latiares elegantias adquisitae victurum et apud posteros nomen offerrent. ... Quid erigeres animos, quos alter iam sibi vitae ordo subdiderat? Quid ad te revocares per longa itinerum intervalla distantem hominem, apud quem sicut nefas est non meruisse laudari, ita crimen fuisse laudatum? Tua sunt, tua, ne dubita, aut eorum, si tamen inveniri poterunt qui secuntur.

Ad adulescentulum tamen, quem praesentis diei auditoriis tuis auspicia dedicarunt, cum quo mihi parili infantia convenit, si venia me donatis, verba converto. ... Felix istud nominis apud doctos auspicium! Ditandus scientiae frugibus laborem circa studia necessarium promittit et nomine. Finde, adulescens egregie, pinguium dorsa terrarum, imprime dentem vomeris novella adhuc incude formatum, exerce in studiorum solo quicquid optimum convenit aratorem. ..., et cum te gravidis scientiae culmis ornaveris, tunc te Magnum dici conveniet Aratorem. ... Prosecutionem meam, quam vere rusticam in Aratoris commendatione contexui, felici tantum dicunt aliqui personae blanditam ...

Idem CCXXXVII (*op. alleg.* VII 184)

Epigramma in Natale Infanti Aratori V. I.

Ex Tempore

Iure colis proprium natalem, pulcher Arator
Qui si non coleres, numquid arator eras?

Idem CCXXXIX (*op. alleg.* VII 184)

In Eum Qui Seni Patri Cibos Subtraxit. Data Aratori

Idem CCXLIII (*op. alleg.* VII 191—192)

In Tyrannum Qui Praemii Nomine Parricidae Statuam inter Viros Fortes Dedit. Data Aratori V. C.

Idem CCLXVII (*op. alleg.* VII 215)

Versus de Flagello Infantis Aratoris

Quae capiunt mundum, iunxit mens docta flagello
Exornans censu nobilitante plagas

Idem CCCXX (*op. alleg.* VII 238—239)

Dictio Data Aratori quando ad Laudem Provectus est Dictat sub Die

Idem CCCLXXVIII (*op. alleg.* VII 271)

Ennodius Aratori

Ad longinqua digrediens caritatis immemor exstitisti. Non licuit tecum piam diligentiam muros exire. Dum urbis habitator es, fabricatas blanditias non sine daedala arte custodis; at ubi rus petendum esse decreveris, quasi graves sarcinas amicorum memoriam derelinquis. Tu villares delicias expetisti, et nos apud te inter moenium mala remansimus. Non habuit radicem affectio, quam velut curarum tormenta separasti. Dicas, unde tam velox exprobratio? Nec aequum esse parari ante delicta tortorem. Scripturum te, mox fuisses adoptata pervectus, sine cunctatione

promisisti. Quantum pater tuus semper culparum tuarum vulgator exposuit, iam a te pueri paginis vacui commearunt. Timeo, ne ista taciturnitas diuturnitate convalescat et in usum silenti turpis crescat incuria. Domine mi, saluto ergo et promissi te memorem debere esse convenio, quatenus inter cana nemora redimitus hederis efferaris.

Idem CCCLXXX (*op. alleg.* VII 271) Praefatio

... Non nos contra Aratorem dictionis pectus opponimus nec erumpentem in lucem laudis palmitem inimica falce truncamus sed quem verborum callem sequi debeat demonstrantes, scimus in illo nobis clarius, si eum praeferri contigerit, triumphandum, quia de nostro hausit quicquid deo amplificante de scientia opum largus effuderit.

Idem CCCLXXXVII (*op. alleg.* VII 276)

Miror cur devenustes turpi silentio ad Romanum decorem politi in te bona conloquii et coactas multo sudore divitias fugiens dispensationem taciturnitate consumas. ... Numquid non habuisti digna memoratu? ... Haec etsi non deligis, debes tamen pro ingenii tui ostentatione laudare. ... Nunc salutem largissimam dicens ut rescribas admoneo...

Idem CDXXII (*op. alleg.* VII 292)

Ennodius Aratori

Velim ita labori meo faveas, ut ieiuno veniam praestes ingenio, quia nefas est in devotionibus despici amabilem discendi cupiditatem, quando quod gratiosus optulerit, durus rerum interpres evacuat. ... crede diligenti et amaritudinem temporibus legitimi amoris amolire. Nolo rem voti facias necessitatem, et desideria, quibus humanum genus natura peperit, digeras in maerorem. ... Tu te ut metiaris imploro, ut nec supra hominem plenum casibus iter

adripias nec intra hominem quae sunt plectenda mediteris. ... Ergo honorem salutati accipiens rescribe mihi, quid cum animo tuo pagina mea egerit. Nam si quae mihi sit sententia flagites, ego ipsa studiorum liberalium nomina iam detestor.

Venantius Fortunatus [S. VII *in.*] *Vita Martini* Lib. I 22—23

> Sortis apostolicae quae gesta vocantur et Actus
> Facundo eloquio sulcavit vates Arator

Aldhelmus [S. VII *med.*] *Opera* (*MGH* Auct. Ant. XV)

De metris et enigmatibus

68, 11—12 De quo poeta 'claviger' inquit 'aethereus' (= Arator I 899), portam qui pandit in aethra (astris *textus*) = Arator I 1076

70, 1—71, 2 De quibus Arator poetica facundia fretus refert: Iura ... statuere viris = Arator I 552—553

80, 21—22 Arator subdiaconus ... sillabam displodit dicens: Moenibus ... cernens = Arator *Ad Vig.* 1

80, 22—23 et infra ... subiunxit: Inque ... piis = Arator *Ad Vig.* 6

92, 27—28 Praebet Arator exemplum: Mortalisque ... origo = Arator I 871

93, 2—3 Idem alibi: Largiri ... dierum = Arator I 883

153, 5—6 ut Arator: de rore ... liquores = Arator II 59

153, 7—8 et infra: Aereusque ... escis = Arator II 62

De virginitate prosa (*op. alleg.* 314, 10—11) de quo poeta:

Claviger aethereus portam qui pandis in aethra cf. *supra De Metris* ... 68, 11—12

Epistolae 4 *Ad Geruntium* (*op. alleg.* 485) de quo poeta ait, cf. *De Metris* (*loc. cit.*)

Beda Venerabilis *Opera*

Expositio actuum apostolorum et retractio ed. Laistner

I 23 De quo Arator: o quantum... erat = Arator I 108—110

IV 37 De hoc Arator: Destitui ... humo = Arator I 407—410

VI 2 De hoc Arator: locus ... dapes = Arator I 570—572

VII 58 Unde Arator ait: lapides ... eris = Arator I 593—595

VIII 14 Pulchre hoc Arator exponit: Saepe ... placet = Arator I 624—625

XII 10 De hoc Arator: Ferrea ... iubet = Arator I 1054—1057

XVI 17 Ne (nec *textus*) ... ministrat, ut Arator ait = Arator II 441—442

XIX 15 De hoc versu dicit Arator: cognosce ... ruis = Arator II 647—650

XIX 29 Itaque sicut Arator ait: Non ... opus = Arator II 714—716

XX 31 Hoc pulchre et breviter exponit Arator: Qui ... volumen = Arator II 890—891; Hinc ... annis = Arator II 909—910

De arte metrica (*Gram. Lat.* ed. Keil VII)

229, 21—23 Ut Arator: Ei mihi ... aedem = Arator II 701—702

232, 21—23 Quamvis et Arator imitatus vete-

res dixerit: O utinam ... profundi = Arator II 1107—1109
243, 27 Quod in Arator ... frequenter invenies.
244, 1—6 et Arator: Iura ... Agni = Arator I 552—556

Praefatio cuiusdam de Libro Aratoris; cf. in codice Vaticano Pal. Lat. 1716 [S. X], fol. 1r:

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti *) beato domino Petro adiuvante oblatus est huius modi codex ab Aratore subdiacono sanctae ecclesiae Romanae sancto apostolico viro papae Vigilio et susceptus ab eo die VIII idus Aprilis in presbyterio ante confessionem beati domini Petri cum ibidem plures episcopi presbyteri diaconi et clerus pars maxima pariter interesset. Quem cum ibidem legi mox pro aliqua parte fecisset Surgentio viro venerabili primicerio scholae notariorum in scrinio dedit ecclesiae collocandum. Cuius beatitudinem litterati omnes doctissimi continuo rogaverunt ut eum iuberet publice recitari. Quod cum fieri praecepisset in ecclesia beati Petri quae vocatur ad vincula religiosorum simul ac laicorum nobilium sed et e populo diversorum turba convenit. Atque eodem Aratore recitante distinctis diebus ambo libri quattuor vicibus sunt auditi, cum uno die medietas libri tantummodo legeretur propter repetitiones assiduas quas cum favore multiplici postulabant. Eadem autem recitatio facta est his diebus: Prima, idus Aprilis; secunda, XV kalendas Maias: tertia, VIII idus Maias; quarta vero, die III kalendas Iunias, tertio proconsule Basilio viro clarissimo, indictione septima. Quoniam sanctus dominus noster proconsule viro clarissimo, ora pro me scriptore alme caeli culmine regnantem Deum sublime agmina tenentem regimine ut me defendat in humili corporeque fragili, ut meum defendat spiritum in aethera regredientem.

*) in ... sancti *om. O* VIII] VII *O* proconsule Basilio] post Basilio *O* quoniam *ad finem def. O*

Item Versibus eiusdem (*Monacensis 1941*) [S. X *vel* XI], p. 154

Versibus egregiis decursum clarus Arator
Carmen apostolicis cecinit insigne coronis
Historiamque prius praeponens cautus ubique
Substituit typicae sensatim verba figurae.
Lingua canora bonum testatur iure poetam;
Mysticus ingenium sic indicat ordo profundum.
Da nobis prudens clarum pincerna falernum
Omnia dextra dei benedicat pocula Bacchi
Sancta dei nostrum benedicat dext⟨e⟩ra lyram.

Versus Iohannis Foldensis Didascali Appendix ad Nasonem (*PLAC* I 392)

Ad iuvenes converte tuam, fratercule, musam
Ludere qui possunt carmine multiloquo.
Nos autem vetuli sumus etiam corpore fracti
Et vix audiri quo valeat loquimur.
Denique dum fuerant nobis in corpore vires,
Ludebamus in haec proelia ferre pedem.
Nam quia Virgilium nobis in mente reducis
Horreo valde suum nec precor eloquium.
His placeat quibus omne malum delectat adire;
Illius in scriptis invenietur enim.
Nos ad Aratoris vertamus corde Thaliam
Ut quod scripsit ad hoc perveniamus opus.
Virgilius paleas, frumentum probet Arator.
Hic mansura docet; ille caduca refert.
Pastorum causas si quidem prior inquit et actus,
Virtutes narrat alter apostolicas.
Ille crebro dictat hominum turpissima gesta;
Crebrius hic Domini dulcia verba canit.
Cerberus hunc rapuit, flatum cum corpore misit;
Hunc Mihael tenuit praecipiente deo.

Ille Iovis socius petitur tormenta gehennae;
Iste Petri consors regna superna tenet.
Incestam scriptis Venerem laudaverat ille;
Iste Dei matrem poscit adesse sibi.
Ille ait Aeneam bello vicisse frequenter;
Hic Paulum mundum iam superasse refert.
Quapropter, iuvenis, quae sunt meliora sequamur,
Alterutrum dantes, scripta decora stilo.
Horum namque locus sordes de corde repellit
Cogit et in mente sancta tenere Dei.

Aurelianensis 295 [S. X], fol. 36^{v}:

Arator iste subdiaconus sanctae Romanae ecclesiae fuit. Erat autem cardinalis. Ille, qui cardinalis subdiaconus Romae, non potest accipere alium gradum. Fuit autem tempore Vigilii papae. Qui, considerans Iuvencum et Sedulium scripsisse actus evangelicos, noluit eos iterum rescribere sed totum se contulit ad actus Apostolicorum describendos. Descripsit autem metrice quod Lucas scripsit prosaice luculentissimo stilo et sermone, id est, luce pleno et cum magno favore auditus a Romanis; tertio recitatus est quia ter recitavit suum librum coram apostolico et Romanis. Fecit autem hanc epistolam ad Florianum abbatem sapientissimum ut illius auctoritate roboraretur suus liber.

Parisinus 8095 [S. IX *med.*], fol. 1^{v}:

Temporibus Vigilio papae obsessa est urbs Roma a Gothis vel Langobardis in qua erat Arator subdiaconus qui hoc opus composuit qui captus ab hostibus ductus est ad aulam eiusdem regis qui praedictam urbem obsidebat ad serviendum. In ipsa captivatione tale votum fecit beatis apostolis Petro et Paulo ut si eum liberarent, actus eorum metrico carmine componeret quod et fecit. Edito vero libro fecit argumentum Floriano abbati ut eum sua auctoritate corroboraret.

Londinensis (Brit. Mus.) 11034, Addit. [S. IX], fol. 36:

Iste Arator secundum Augustinum (agustinum *cod.*) dicit quod non fuerunt simul passi sed finito anno integro ipsa die qua a fidelibus passio Petri celebratur Paulus decollatus est. Egesippus autem qui proximus fuit temporibus Apostolorum affirmat quod in una die simul Petrus crucifixus et Paulus decollatus.

Rabanus Maurus [S. IX *in.*]

De clericorum institutione I 18 (*PL* CVII 396 a) Deo placere per id satagerunt, ut fuit Iuvencus, Sedulius, Arator.

De universo IV 1 (*PL* CXI 88 c) De quibus duobus [Mathia et Justo] Arator in metrico opere suo ita lusit, dicens: Constituere ... Olympi = Arator I 105—111.

ibid. XVI 7 (*op. alleg.* 468 a) Quorum et Arator ait: Mentibus ... ardor = Arator I 147.

Alcuinus [S. IX *in.*] *Carmina*: versus de sanctis Eurobicensis ecclesiae 1550—1551 (*PLAC* I 204)

Quid quoque Sedulius vel quid canit ipse Iuvencus,
Alcimus et Clemens, Prosper, Paulinus, Arator

Paulus Diaconus [S. IX *in.*] *Historia Langobardorum* I 25 (*MGH* Script. Rer. Lang. et Ital. saec. VI—IX, 63, 21—22)

Tuncque nihilominus Arator Romanae Ecclesiae subdiaconus, poeta mirabilis, apostolorum actus versibus exametris exaravit.

Theodulphus [S. IX *in.*] *Carmina* XLV 11—13 (*PLAC* I 543)

Cura decens patrum nec erat postrema piorum,
Quorum sunt subter nomina sancta vide:
Sedulius rutilus, Paulinus, Arator, Avitus.

Wandalbertus Prumiensis [S. IX *in.*] *Carmina* Commendatio 22—23 (*PLAC* II 575)

Illi [Iuvencus] coniunctis spatiis Arator haeret

Bertharius Casinensis [S. IX *med.*] *In Sancti Mathiae Apostoli sermonem* Lectio VIII (D. Luigi Tosti *Storia della Badia di Montecassino* I 318—319)

Arator ... versibus heroicis depromsit, dicens: Primus ... Olimpi (Olympi *textus*) Arator I 69—111

Leo Monachus Casinensis [S. IX *med.*] *Carmina,* Proemium 3 (*PLAC* III 390) Codicem evangeliorum auro (e. g. Aratoris) et gemmis optimis adornavit (cf. *supra* Bertharius)

Carmina varia: Versus Walahfridi [849] *inc.* (*PLAC* IV 2, 1079)

Vixit Arator
Nescio plures
Laudibus huius
Aequiperandos

Ermenrichus Elwangensis [S. IX *med.*] *Epistola ad Grimaldum Abbatem* (*MGH* Epist. Kar. Aev. III)

10 (*op. alleg.* 545, 9—10) Producta vero ut apud Aratorem: Aesaias (Isaias *textus*) ... prophetae = Arator I 275

10 (*op. alleg.* 545, 11—12) et alibi: Haelie ... figurae = Arator I 275

17 (*op. alleg.* 554, 28—32) probante Aratore: Caesarem ... Paulus = Arator II 1030—1032

Paulus Alvarus [S. IX *med.*] *Epistolae* 18, 14 (*PL*

CXXI 503 b—c) Sed dicis ... cum unus [Arator] defleat causa: Hei mihi ... aedem = Arator II 701—702.

Vita Beati Leudegarii Martyris [*ante* 857] Prologus 11—12 (*PLAC* III 5)

Alter [Arator] apostolicos deprompserat ore labores
Expressitque actus versibus egregios

Otfridus Monachus [c. 865] *Epistola* (*MGH* Epist. Kar. Aev. IV 166, 37—167, 4) ... gentilium vates, ut Virgilius ... suorum facta decorarent, ... nostrae etiam sectae probatissimorum virorum facta laudabant Iuvenci Aratoris Prudentii caeterorumque multorum qui sua lingua dicta et miracula Christi decenter ornabant.

Bruxellensis 185 (1828—1830) [S. X] fol. 1^{v}

Arator subdiaconus fuit sanctae Romanae ecclesiae sub quo Gothi et Vandali obsederunt Romam. Erat etiam magna seditio de ordinando apostolico. Veniente autem papa Vigilio cessavit seditio et hostes remoti sunt ab urbe.

Hincmarus Rhemensis [S. IX *ex.*] *De Una et Non Trina Deitate* (*PL* CXXV)

477 b Sic enim dilecta (*vel* dicta, cf. 528 b) est ... ab Aratore bis (I 205; II 587) trina potestas

528 b Sic enim dicta est ... ab Aratore bis trina potestas, cf. 477 b

ibid. quoniam Arator trinam potestatem et Prudentius trinam pietatem dicunt metri necessitate

562 a ... de Aratore ... qui figurate loquens in libro primo dicit: Trina fides ... lavatur = Arator I 114

562 b Et de nomine trino in secundo libro: Non cogit ... trino = Arator II 613—614

ibid. Et ... primo libro figurate loquens: Nona ... simplex = Arator I 856—857

ibid. ... quae de Sedulio, Aratore, et Prospero subiungemus congruentius poneremus

562 c ... dixit Arator metrica necessitate coactus: Trina ... lavatur Arator I 114, cf. *supra* 562 a

ibid. Et: ... Non cogit ... trahunt = Arator II 613—615, cf. *supra* 562 b

562 d Quod dixit Arator: Ipse ... solet = Arator II 586—588

563 a ... figurate loquens similiter metri necessitate: Nam ... aequum = Arator I 205—206

563 c Verum et ille ipse Arator evidentius se non proprie, sed figurate in hoc fuisse locutum ... cum dicit: Deus ... potestas = Arator I 450—451

ibid. Et capite nono: Ecce tot ... fidelem = Arator I 383—389

ibid. Et capite tertio: Tertia ... tribus = Arator I 156—158

563 c—d Et item capite vigesimo primo: Ter ... unum = Arator I 916—919

564 c ... devotus lector intelligere debet haec a Sedulio, Aratore, et Prospero tropice per metonymiam ... dicta.

564 d Hoc tantum dixisse sufficiat quia ... trinam potestatem Arator ... pro personis Patris, Filii, et Spiritus Sancti ... posuerunt.

Quaestiones Grammaticae [S. X] (*Anecdota Helvetica* in Gram. Lat. VIII Supplemento, ed. Hagen, 184, 20 Arator: Mortis imago patet = Arator II 1081)

Manchester, Rylands 107 [S. XI]

fol. 3 a Unde arator inquid: Virgine ... resurgens = Arator I 47; Et vehit ... polum = Arator I 38—39

fol. 4 a Cui arator metricis decantans laudibus inquid: porta ... tulit *et cetera* = Arator I 57—60

fol. 6 a ut arator ait: quid ... columba = Arator I 139—140; ut ... ales = Arator I 143; sit ... fides = Arator I 145

fol. 7 a hinc arator: hunc ... tribus = Arator I 157—158

fol. 9 a et arator inquid: res ... ligant = Arator I 214

fol. 9 b inquid arator: Vetus ... erit = Arator I 283—288

foll. 9 b—c Arator inquid: Gaudebit ... sibi = Arator I 251—253

fol. 10 b Unde arator: Fert ... movent = Arator I 302—304

fol. 11 b arator inquid: Quid ... resurgit = Arator I 314—326

fol. 12 b De hoc arator canit: Pompa ... pii = Arator I 405—414

foll. 12 b—13 a Unde arator ait: Decidit ... sententia = Arator I 417—422

fol. 13 b Item: Qua ... lumen (lucem *textus*) = Arator I 548—551

fol. 14 b De hoc arator inquid: locus ... dapes = Arator I 570—572; Nam quid ... decet = Arator I 574—576

fol. 18 a Unde arator ait: Lapides ... eris = Arator I 593—595

fol. 18 a Item arator: Quis ... pio = Arator I 601—602

fol. 19 a De quo arator: Fonte ... fidem = Arator I 629—631

ibid. Et pulchre hoc arator exponit: sepe (saepe *textus*) ... placet = Arator I 624—625

fol. 20 b De quo arator ait: volat ... rotas = Arator I 675—677

ibid. De eius quoque menarrabili (*sic*) ortu arator canit: Qua fuerat ... illi = Arator I 685—686

fol. 21 a Hinc arator: Conspectis ... honus (onus *textus*) = Arator I 687—689

fol. 21 b De hoc Arator: committere ... lupos = Arator I 708—709

fol. 22 a Et arator inquid: clamabitur ... canens = Arator I 718—721

ibid. Inquid arator: Mirabile ... ovem = Arator I 715—718

foll. 22 a—b Item ut arator ait: Iudea ... actus = Arator I 733—737

fol. 22 b De hoc arator: Vipereum ... clausis = Arator I 738—740

fol. 23 b De quo inquid arator: multis ... salus = Arator I 767—768

fol. 24 a Et arator: illa ... levat = Arator I 834—836

fol. 26 b Unde arator canit: qui ... cępit (coepit *textus*) = Arator I 912—913

fol. 27 a itemque ut arator ait: Nona ... fatentur = Arator I 856—859

fol. 29 b De hoc arator: commune ... regit = Arator I 1009—1012

fol. 30 a Unde arator vaticinando canit romae: his ... astris = Arator I 1070—1076

ibid. Et arator inquid: putat ... doli = Arator I 1047—1049

ibid. De hoc arator: Ferrea ... iubet = Arator I 1054—1057

fol. 31 a De hoc arator: Saulum quem ... dedit = Arator II 2—5

foll. 31 a—b Et Arator: Cyprum ... venit = Arator II 5—10

fol. 32 a De quo arator inquid: Quos ... reis = Arator II 45—50; Cum ... apertis = Arator II 53; saxa ... escis = Arator II 61—62

fol. 32 b ut ait arator: Xp̄s ... nasci = Arator II 71—77; Quam ... novis = Arator II 82—83

ibid. Item: Gens surda = Arator II 87; ne ... flexit (Ry*) = Arator II 88—91

ibid. De hoc arator: Qui ... mori = Arator II 105—108

fol. 33 a De lege ... herili = Arator II 126—128

fol. 33 b Unde arator inquid: Cum ... agit = Arator II 143—151

fol. 34 b Quod arator pulchre canit: Fuit ... orbem = Arator II 179—197

fol. 35 a De hoc arator: Gens ... queant = Arator II 246—252

fol. 36 a Idest: hoc esse (deest *textus*) ... forent = Arator II 276—278; ne ... mundat = Arator II 279—280

ibid. Unde arator: corporis ... opus = Arator II 292—297

fol. 37 b Bllandi loquis (blandiloquis *textus*) ... canat ut arator ait = Arator II 433—442

fol. 38 a De hoc religioso carceris loco canens inquid arator: O felix ... chelindri (cylindri *textus*) = Arator II 407—413; discrimina ... locum = Arator II 420—421

fol. 40 b De quo arator inquid: O lupe ... Athenas = Arator II 485—488

fol. 41 a De quo arator: Aquilae ... adest = Arator II 528—546

fol. 43 a De hoc versu dicit arator: Cognosce ... ruis = Arator II 647—650

ibid. Item arator: Quid ... reus = Arator II 659—662

fol. 43 b Quod pulchre exponit arator: Et vitant ... favillae Arator II 669—671; quinquaginta ... arvis = Arator II 682—687

foll. 43 b—44 a Unde arator inquid: Mens ... sonus = Arator II 738—742

fol. 44 a De hoc arator: O miseranda ... negas = Arator II 719—723

ibid. Itaque sicut arator ait: Non ... opus Arator = II 714—716

fol. 45 a De hoc arator: o male ... inest = Arator II 763—774

fol. 45 b De hoc dicit arator: Ad solimam (Solymam *textus*) ... monet = Arator II 827—828

fol. 46 a hoc pulchre et breviter exponit arator: patet ... volumen = Arator II 889—891

ibid. In: iudea ... Xpo = Arator II 909—912

fol. 48 a De hoc arator ait: Quae ... datum = Arator II 918—922

fol. 48 b De hoc arator ait: Sed ... suo = Arator II 929—930

foll. 48 b—49 a Et arator inquid: Quo ... ruinae = Arator II 939—942

fol. 49 a ut arator canit: In stephanum ... honus (onus *textus*) = Arator II 965—968; Adam ... suae = Arator II 969—971

foll. 50 a—b De hoc arator: non haec ... nocentes = Arator II 1008—1017

foll. 50 b—51 a De hoc ita canit arator: Lectis ... pia est = Arator II 1021—1029

fol. 51 b De quo dicit arator: Obstipuit ... anno = Arator II 1048—1050

fol. 52 a ut arator ait: Non stimulante ... venturus = Arator II 1058—1062

ibid. Hic ita canit arator: ne gaudia ... doli = Arator II 1051—1054

fol. 54 b De quo arator: caret ... rati = Arator II 1077—1078

ibid. Quod sic exponit arator: gerit ... fides = Arator II 1098—1102

ibid. Item idem: Quanta ... famis = Arator II 1092—1093

fol. 55 a hinc arator: Tempore ... tenebras = Arator II 1133—1136; haec ... erat = Arator II 1141—1148

fol. 56 a hoc ita canit arator: Haut (haud *textus*) ... probant = Arator II 1167—1172

ibid. inquid arator: Quantum ... mori (Ry*) = Arator II 1183—1188; Tandem ... putes = Arator II 1192—1194

Contulerat per signa fidem cernentibus illis,
Usque sub extremum diffuso in limite mundum
Quos testes iubet esse suos. Miracula rerum
Non poterant celare Deum. Documenta resurgens
Quae sic certa daret quam mandere? Corpora vitam
Hinc humana probant. Caelum petĭturus olivae

17 *cf.* Verg. *Ae.* VII 371 repetatur origo 18—19 secum ... regnare] II Tim. 2, 12 19 *cf.* Luc. *Phars.* X 99 regnare iube 21—58 *v.* Act. 1, 1—14 21 quater ... diebus] Act. 1, 3 23—24 extremum ... testes] Act. 1, 8 23 *cf.* Verg. *Ge.* I 211 usque sub extremum Luc. *Phars.* II 11 limite mundum; *sic etiam* Iuv. X 169 24 *cf.* Verg. *Ge.* IV 441 miracula rerum 26 mandere] Luc. 24, 30; *v.* Act. 10, 41 testibus ... nobis, qui manducavimus ... cum illo ... postquam resurrexit ... Venant. Fort. *Carm.* II 16, 27 corpore vita 27 probant] Act. 10, 41 Sedul. *Pasch. Carm.* V 372—374 mandens epulas quo rite doceret/ ... seseque videri/ in membris quibus ante fuit 27—38 caelum ... nemus] Act. 1, 12

15 hyperbole *Π* 16 figura mystica *Θ* figura *R* exsule limo] abiecto homine *C* 17 origo] adam (*sed etiam* paradisus) *C* 20 reddidit] christus *C*

19 tumulos] tumulum *FIX* tumulo *YZ** tumulus *A* stimulos *Ψ** 20 florifero *K* reddit *JV*YZ** reddicit *A* 27 petiturus] *v. l. cr. in.* potiturus *AK*R*,T* ut vid.*

I: *PHRTCAN*
II: *FI*
III: *LKE*

Progreditur lustrare nemus quia germine sacro
Luminis et pacis locus est; vult inde reverti
Unde creaturam signata fronte micantem
Divinus commendat odor. Cum desuper unctos
Abluit interius Christi de nomine chrisma,
Tollitur astrigerum rediturus victor in axem
Et secum quod sumpsit habet. Nova pompa triumphi!
Arva Deus petiit, homo sidera. Quis datur illi
Aetherea de parte fragor, quantumque resultant
Caelestes in laude chori cum rector Olympi
Evehit excelsis quicquid suscepit ab imis
Ingrediensque polum carnis comitante tropaeo
Exuvias atri raptas de fauce profundi
Lucis in arce locat terrenosque erigit artus!
Qua pietate capit, propter quem venerat, ivit.

---

29 pacis] Prud. *Dittoch.* 43 (44) montis oliviferi Christus de vertice.../ ... signans vestigia pacis Iuv. III 301 inde reverti; Verg. *Ae.* V 130 unde reverti 30 *cf.* Sil. Ital. V 239 fronte micant 32 chrisma] Tertull. *De baptismo* 7 (*PL* I 1315 a—b); Aug. *Civ. Dei* XVI 37 (*CSEL* XL 2, 194, 5); Isid. *Et.* VII 2, 2—3 33 tollitur] Act. 1, 9 34—42 *v.* Marc. 16, 19 34 *cf.* Luc. *Phars.* I 286 pompa triumphi; *sic etiam* Sil. Ital. VIII 673; Ov. *Ex Pont.* II 1, 19—20 triumphi/ ... pompa 36 *cf.* Ov. *Fast.* III 368 aetherio venit ab axe fragor 37 *cf. infra* II 1117 rector Olympi; *sic etiam* Luc. *Phars.* II 4 rector Olympi; *ibid.* V 620; Verg. *Ae.* II 779 regnator Olympi 39 *cf.* Verg. *Ae.* IV 177 ingrediturque 41 *cf.* Claud. *De rapt. Pros.* II 338 erigit artus; Verg. *Ae.* IV 336 regit artus

---

28 figura mystica *RΘ* 33 synecdoche *Z* 34 nova pompa] exclamatio poetae cum admiratione ȝ 39 synedoche ȝ metaphora *O* 40 aphaeresis *O* atri] nigri tetri *Π* profundi] diaboli inferni *Π* 42 qua] ipsa *C* qua pietate] illa pietate qua accepit humanitatem *C* quem] hominem *S*

I: *PHRTCAN*
II: *FI*
III: *LKE*

28 quia] qua *EJMOS*²*A* quo *L* quod *NV* 34 secum quod] secum quae *NP* 38 excelsis] in caelis U* (ex *supra* in; s *supra* li U^{vl}) *Ω* 42 qua] quas *R* S** quos A^2EL (qua L^{vl}) $M^{vl}S^2$ qu** *A* quem/ quę *F* quam $CNT^{vl}U^*X^2\Pi$ q̄; *H* quae *P**; *cf.* S^{gl} *a. h. l.*

Discipulos stupor altus agit, quibus ore corusco
Perspicui dixere viri. Quae cognita nobis
Et miranda sonant, nunc iam speculemur ovantes
Imperiique modum per subdita iura probemus:
Virgine matre satus, calcata morte resurgens,
Caeli sceptra petens, his nuntiat acta ministris.
Nec cessant elementa suo servire Tonanti;
Stella comes praegressa Magos venientis honori
Militat; obsequio nubes famulatur euntis.
Angelicis igitur postquam est affatibus usa,
Liquit oliviferi veneranda cacumina montis
Ad messem praelecta manus, qui calle citato
Moenia nota petunt, quo per sua sabbata mille
Passibus ire licet, qua tunc statione sedebat
Porta Maria, Dei genetrix intacta creantis,
A nato formata suo. Mala criminis Evae

43—44 *v.* Act. 1, 10; Greg. *Hom. in Ev.* II 29, 9 (*PL* LXXVI 1218a) 43 *cf.* Bed. *Vit. S. Cuth.* 23, 2 (*PL* XCIV 587b) ore coruscus 44 Luc. *Phars.* IX 868 cognita nobis 46 *cf.* Claud. *Pan. Man. Theo. Cons.* 24 iura probavit 47 virgine ... satus] Matth. 1, 18—25 calcata morte] I Cor. 15, 25—28; 15, 54—55 48 *cf.* Verg. *Ae.* I 57 sceptra tenens 49 *cf.* Luc. *Phars.* I 35 suo servire Tonanti 50 *v.* Matth. 2, 9 antecedebat eos 51 *cf.* Claud. *Carm. min.* 25 praef. 8 (*Loeb.*) militis obsequio nubes ... euntis] Act. 1, 9 53—56 liquit ... licet] Act. 1, 12 53 *cf.* Verg. *Ae.* III 274 cacumina montis 55 *cf.* Verg. *Ae.* II 256 litora nota petens 57 *cf.* Sedul. *Pasch. Carm.* II 36 intactae ... Mariae 58 a nato formata suo] Sedul. *Pasch. Carm.* II 40 suum paritura parentem criminis Evae] Gen. 3

45 verba poetae *O* speculemur] poeta loquitur *C* 47 calcata] superata *C* 48 ministris] angelis *C* 50 comes] socia *CITXΠ* praegressa] procedens *FHITXΠ* Magos] ad magos *supra* magis *X* 51 euntis] christi *I* 54 manus] apostolorum *C* qui] apostoli ȝ

49 nec] ne *AR*Z²* non *Δ* 50 comes] comis *B* progressa *ABCDFHIKRSTUVWXYZΔΘΠΣΦΨΩ*[ↄ]ȝ pgressa *P*; *cf. Font. a. h. l.* magis *A²FH²IK²T²UV²WXZ²ΔΘ²ΠΦΨ*^{vl}*Ω* [ↄ]ȝ 51 famulatur] famulantur *T*N* famula* *A** 53 liquit linquit *U*Φ** linquet *L* 54 praelata *MR*Θ** prolata *A* citato] cetato *BT** 57 posta *coni. Mras*

I: *PHRTCAN*
II: *FI*
III: *LKE*

Virgo secunda fugat; nulla est iniuria sexus;
Restituit quod prima tulit. Non voce querelas
Excitet aut gemitu maerentia corda fatiget
Antiqua pro lege dolor; scelera ipsa nefasque
Hac potius mercede placent, mundoque redempto
Sors melior de clade venit. Persona ruinam,
Non natura, dedit; tunc femina feta periclum,
Nunc tumuit paritura Deum, mortalia gignens
Et divina ferens, per quam Mediator in orbem
Prodiit et veram portavit ad aethera carnem.

De eo ubi beatus Petrus de Iuda proditore describit quomodo suspensus crepuit medius et viscera eius effusa sunt vocatusque est ager sanguinis, admonens ut, sicut David praedixerat, alter eligeretur; et de Ioseph cognominato Iusto et Mathia Mathias duodecimus est relatus.

Primus apostolico, parva de puppe vocatus,
Agmine Petrus erat, quo piscatore solebat
Squamea turba capi; subito de litore visus
Dum trahit, ipse trahi meruit; piscatio Christi
Discipulum dignata rapit, qui retia laxet
Humanum captura genus; quae gesserat hamum

60 Restituit ... tulit] Sedul. *Pasch. Carm.* II 31 Virginis antiquae facinus nova virgo piaret; Iustin. Mart. *Dialog.* 100 (*PG* VI 712a) *Εὔα ... θάνατον ἔτεκε ... Μαρία ... διὰ ταύτης ... ὁ θεὸς ... ἀνθρώπους καταλύει.* 62—63 *cf.* Luc. *Phars.* I 37—38 scelera ipsa nefasque/ hac mercede placent 63 *cf.* Claud. *De bell. Gild.* I 260 mercede placebit 63—64 mundoque ... venit] Heb. 9, 12; Col. 1, 22 69—74 *v.* Marc. 1, 16—19 70—83 *cf.* Sedul. *Pasch. Carm.* II 220—221 viros ex piscatoribus aptos/ humanas piscari animas 74 *cf.* Claud. *Pan. Man. Theo. Cons.* 142 humanum curare genus

59 iniuria] crimen *C* 60 aphaeresis *O* 62 antiqua pro lege] pro peccatu primi homini(s) ꝫ 63 mercede] adventus christi *C* 66 gignens] eva *C* 67 divina ferens] maria portans *C*

I: *PHRTCAN* 61 excitat *H*IJU** fatigat *C* (fatiget C^{vl}) *H*JU** 66 timuit
II: *FI* *S*Π** 73 laxat *S* lax*at *Y* 74 quae] qua $IR\Theta^2$
III: *LKE*

Ad clavem est translata manus, quique aequoris imi
Ardebat madidas ad litora vertere praedas
Et spoliis implere ratem, melioribus undis
Nunc alia de parte levat nec deserit artem
Per latices sua lucra sequens, cui tradidit Agnus
Quas passus salvavit oves, totumque per orbem
Hoc auget pastore gregem, quo munere summus
Surgit et, insinuans divina negotia, coram
Sic venerandus ait: „Nostis quia proditor amens
Mercedem sceleris solvit sibi; taedia noxae
Horruit ipse suae stringens in gutture vocem
Exemplo cessante ream, qui parte necari
Promeruit qua culpa fuit, crimenque retractans
Iudicio tali permisit membra furori
Aeris ut medio communi poneret hosti
Debita poena locum; caelo terraeque perosus
Inter utrumque perit; nullis condenda sepulcris

75 clavem] Matth. 16, 19 76 *cf.* Verg. *Ae.* I 528 ad litora vertere praedas 79—81 cui ... gregem] Ioh. 21, 15—17 80 *cf.* Luc. *Phars.* I 692 totumque per orbem; Verg. *Ec.* VIII 9 totum mihi ferre per orbem 82 *cf.* Verg. *Ae.* VIII 68 surgit et; *sic etiam ibid.* XI 342 83—102 *v.* Act. 1, 15—20 85 stringens ... vocem] Matth. 27, 5; Verg. *Ge.* I 410 gutture voces; Sedul. *Pasch. Carm.* V 130 nodatis faucibus angens 88 *cf.* Stat. *Theb.* X 609 permisit verba furori 89 aeris ut medio communi] Sedul. *Pasch. Carm.* V 134 sublime cadaver; Bed. *Ex. act. Ap.* I 18 ut aeris medio 91 *cf.* Ov. *Met.* VIII 206 inter utrumque; *sic etiam idem Ar. am.* II 63

77 melioribus undis] de Π undis] baptismi *C* 79 lucra] negotium *C* 82 surgit] petrus *C* insinuans] aperiens *C* coram] in praesentia omnium *C* 83 proditor] iudas *C* 89 aeris ut medio] in *supra scr.* $JKMOZ\Psi$; in loco ꝫ communi] caelo terraeque *C* hosti] iudae *C*

78 nec] nunc $A(\overset{\circ}{\text{n}})R^*T^*$ 82 surgit et insinuans] *embra tulit dns sinuat I^* (insinuat I^2) 83 qua AH^* *ut vid.*, R^* que *P* quod *NW* 85 *om.* P^* 86 ream] perit H^2 89 aeris ut medio/ aeris ut medium $DR\Sigma^2\Psi$ (o *supra scr.* Ψ^{vl}; in *supra scr.* *KMOTZ*; in loco ꝫ) aeris ut medicum Σ^* aeris in medium Θ^* aeris in medio *F* (ut *supra scr.* F^{vl}) ponerit *B* 91 condensa YZ^*

I: *PHRTCAN*
II: *FI*
III: *GLKE*

Viscera rupta cadunt, tenuesque elapsus in auras
Fugit ab orbe cinis. Non haec vacat ultio Iudae,
Quae suprema negat vindictaque mercis iniquae
Sic placitura venit: Nam, cum modo rura parasset
Funeris ex pretio, cum nomine Sanguinis emptus
Cespes in externas componens busta favillas
De tumulis fecundet humum, caret impius agri
Fertilitate sui solusque excluditur arvis
Quae monumenta ferunt, cuius tuba saeva cruentum
Est exorsa nefas, qui signifer oscula fingens
Pacis ab indicio bellum lupus intulit agno."
Nunc opus est votis quod verba prophetica clamant
Quem liceat supplere vices. Tunc summa precantes
Constituere duos, Ioseph cognomine Iustum

---

92 *cf.* Ov. *Her.* IV 126 viscera rupta; Verg. *Ae.* II 791 tenuisque recessit in auras; *ibid.* V 520; *ibid.* V 861; Ov. *Her.* I 79 tenues vanescat in auras; Ov. *Fast.* II 509 in tenues oculis evanuit auras; Sil. Ital. VI 39 tenues tum cessit in auras 93 *cf.* Ov. *Trist.* II 30 fugit ab ore 96 ex pretio ... emptus] Greg. *Mor.* IX 9, 36, 58 (*PL* LXXV 892a) 98 *cf.* Claud. *De rapt. Pros.* I 188 fecundat humum 99 excluditur] Act. 1, 20 100 *cf.* Sil. Ital. XI 289—290 saevae inter bella tubae 101 *cf.* Luc. *Phars.* VI 564 oscula figens 103—111 *v.* Act. 1, 21—26 103 *cf.* Ov. *Met.* VII 215 nunc opus est sucis; Stat. *Theb.* VI 729 nunc opus est animis; Luc. *Phars.* VII 252 nil opus est votis prophetica] Ps. 108, 8 104 supplere vices] Act. 1, 20 precantes] Act. 1, 24 orantes 105 Ioseph ... Iustum] Hieron. *De nom. Heb.* (*PL* XXIII 892) Ioseph. auctus; Iosedec (*PL* XXIII 1288) domini iustitia

---

92 auras] epitheton aeris Λ 93 figura *R* orbe (ore)] iudae $I\Pi$ a facie terrae *EO* cinis] cinerem vocat animam $CFIX\Theta\Pi$ corpus *L* 95 placitura] nobis *C* 96 nomine] achel de machhē (*cf.* Act. 1, 19) *C* 100 tuba] vox *C* 101 synecdoche *U* 102 verba petri *O* 103 nunc] inquit petrus *C* 104 summa] nomen pro adverbio ℨ summum deum *C*

I: *PHRTCAN*
II: *FI*
III: *GLKE*

92 lapsus $AKRU\Lambda$ auras] aures $I^*\Lambda^*$ 93 ore $ADEFH^2I^2JK^*LO$ $T^*VXYZ\Lambda\Pi\Phi\Psi^*$ orbem I^* 95 rura] rapta Ψ^* 98 fecundat $N^2\Theta\Psi^*$ ℨ^2 100 serunt $ABCFI$ reī *P* ferant Φ 101 figens $T^*U^2\Lambda\Phi\Psi^2\Omega$ fing' T^{mg} 102 agnum *B* 104 licet *B*

Mathiamque, Dei parvum quod nomen, ut aiunt,
Hebraeo sermone sonat humilemque vocando
Comprobat. O quantum distant humana supernis
Iudiciis! Parvi merito transcenditur ille
Laude hominum qui iustus erat. Duodena refulgent
Signa chori terrisque iubar iaculantur Olympi.
Haec quoque lux operis quid praeferat edere pergam:
Quattuor est laterum discretus partibus orbis;
Trina fides vocat hunc, quo nomine fonte lavatur;
Quattuor ergo simul repetens ter computat omnem
Quam duodenărius circumtulit ordo figuram,
Discipulisque piis, quibus hoc baptisma iubetur,
Mystica causa dedit numerum remeare priorem.

106 Mathiam] Hieron. *De nom. Heb.* (*PL* XXIII 1206) Matthias. donum Dei 106—107 Dei parvum ... humilem] Bed. *Ex. act. Ap.* 1, 23 108—110 O quantum ... erat] *cit.* a Bed. *Ex. act. Ap.* 1, 23 110 *cf.* Ov. *Met.* XIII 618—619 duodena peregit signa 111 *cf.* Stat. *Ach.* I 647 signa choris 113 quattuor est laterum ... orbis] Prud. *Psych.* 830—834 aurorae de parte ... ad austrum / ... occidualibus ... / ... aquilonis 114 *cf.* Verg. *Ec.* III 97 in fonte lavabo; Ov. *Her.* XXI 177 fonte lavari 115—117 quattuor ... ter ... duodenarius ... discipulis] Prud. *Psych.* 839 nomina apostolici ... bis sena senatus 115 quattuor] *de figura cf.* Apoc. 7, 1; 7, 2; 9, 14; 9, 15 *angeli*; *cf. ibid.* 7, 1 *angulos*; *cf. ibid.* 7, 1 *ventos*; *cf. ibid.* 4, 6; 4, 8; 5, 6; 5, 8; 5, 14; 6, 6; 7, 11; 15, 7; 19, 4 *animalia*; *cf. ibid.* 20, 7 *angulos terrae* 117 baptisma] *de figura cf.* Maxim. Taur. *Tract. de baptismo* I—III (*PL* LVII 771—782)

108 comprobat] deus *CF* 111—112 figura mystica *O* 112 modo allegoritabit *H* lux] duodena signa *C*; praedicationis apostolorum ♃ 113 figura mystica *RΘ* quattuor] quatuor ter XII fiunt *H* 114 vocat] ad credendum *C* hunc] orbem ♃ lavatur] orbis *C* 115 computat] aliquis ♃ 116 quam] figuram ♃ 118 epigramma *W* numerum] duodenarium *C*

108 comprobat] quem probat *B* 109 parvi] pravi *B* 111 iaculatur $C^2EGH^*H^3JKMNOP^2R^2SUV^2W\Gamma\Lambda\Theta\Lambda\Phi\Omega$♃^{2} ioculantur *AR** 112 quoque] quae *B* proferat *T* praefert *YZ** p̃ferat *Φ* 113—114 *om. AU** 114 fides] fedis *B* 116 duodenarius *v. l. cr.* 118 recreare $C^{vl}DF$ (remeare F^{vl}) $H^{vl}IK^2O^1T^2UWX^2$ (*om.* *X*) $Z^{vl}\Lambda\Sigma^2\Phi\Psi^2\Omega$[ב]♃

I: *PHRTCAN*
II: *FI*
III: *GKE*

De eo ubi Spiritus sanctus in igne descendens replevit omnem domum in qua erant Apostoli congregati. Qui mox linguis variis sunt locuti magnalia Dei, ita ut omnium gentium advenae mirarentur quasi suas linguas. Quidam musto plenos esse dicebant cum esset hora diei tertia.

Spiritus aetherea descendens sanctus ab aula
Irradiat fulgore locum quo stemma beatum
Ecclesiae nascentis erat, quibus igne magistro
Imbuit ora calor dictisque fluentibus exit
Linguarum populosa seges; non littera gessit
Officium, non ingenii stillavit ab aure
Vena, nec egregias signavit cera loquelas;
Sola fuit doctrina fides opulentaque verbi
Materies, caeleste datum, nova vocis origo
Quae numerosa venit totoque ex orbe disertis
Sufficit una loqui. Dudum vetus aequoris arca
Cum superasset aquas, turrim voluere maligni
In caelum proferre suam, quibus impia corda
Sermonum secuere modos sociisque superbis
Affectus cum voce perit. Confusio linguae

119—129 *v.* Act. 2, 1—11 121 *cf.* Bed. *Vit. S. Cuth.* 1, 6 (*PL* XCIV 575 c) quibus igne magistro 124 *cf.* Iuv. III 122 stillavit in aurem 125 *cf.* Ov. *Met.* XV 169 signatur cera 129—134 *v.* Gen. 11, 1—9 130—133 turrim ... confusio linguae] Bed. *Ex. act. Ap.* II 4

---

121 quibus] apostolis ℨ 124 aure] per aurem intrat doctrina in mentem *E* 127 exclamatio poetae cum admiratione *C* exclamatio poetae *IΠ* 128 explanatio *Θ* quae] qua *H**; ubi H^{mg} 129 figura mystica *O* una] lingua *GΠ*ℨ

I: *PHRTCAN* 121 *om.* $\Theta^*\Delta^*$ 128 quae] qua *H** 129 veteris dudum
II: *FI* *EGJKMOΛ* ****** dudum *A* dudum***** *H** dudum *P** vetus]
III: *GKE* veteris *YZ* 130 properasset *C* perasset *P** seperasset H^*P^1
133 effectus $FH^*P^2T^1YZ^*\Phi$

Consimili tunc gente fuit; nunc pluribus una est
Ecclesiae quoniam venientis imagine gaudet
Concordes habitura sonos et pace modestis
Fit facunda redux, humilisque recolligit ordo
Quod tumidi sparsere viri. Res maxima cogit
Non reticere diu quid sit quod Spiritus almus
His datur in flamma, Iordanis ab amne columba;
Quod tunc rite canam promissaque debita solvam
Si sua dona ferat. Duo sunt haec signa figurae
Ut sit simplicitas, quam congrua diligit ales,
Quae ne tarda gerat sine dogmatis igne tepores,
Sit pariter succensa fides. Ibi destinat undis
Unanimes; hic ore iubet flagrare docentes.
Mentibus instat amor; sermonibus aestuat ardor.

134 tunc] Gen. 11, 7 nunc] Act. 2, 4—11 pluribus una] Greg. Nanzianz. *Orat.* 4, *a* Rufino *transl.* (*CSEL* XLVI 160, 17—161, 11) 135 *cf.* Verg. *Ae.* VIII 730 imagine gaudet 136 *cf.* Ov. *Met.* V 664 concordi dixere sono 139—140 *v.* Act. 2, 1—3; Aug. *Ep.* 265 (*CSEL* LVII 640, 4—5; *ibid.* 643, 9—14) 140 Iordanis ... columba *v.* Matth. 3, 16; Iustin. Mart. *Dialog.* 88 (*PG* VI 685b) ὡς περιστεράν; Aug. *De Trin.* XV 46—47 (*PL* XLII 1093—1094) 141 promissa] *cf. supra Ad Vig.* 19—23 142—143 *cf.* Sedul. *Pasch. Carm.* II 171 per volucrem quae felle caret 143 *cf.* Iuvenc. *Hist. Ev.* II 460 simplicitate tamen dulces superate columbas 144—147 igne ... ardor] Greg. *Mor.* XXVIII 1, 38, 1—2 (*PL* LXXVI 447d—448a) 147 *cf.* Venant. Fort. *Carm.* I 12, 8 instat amor; Bed. *Vit. S. Cuth.* 1, 7 (*PL* XCIV 575c) sensibus instet amor, sermonibus aestuet ardor

135 gaudet] lingua *C* 136 modestis] apostolis *C* 137 fit] sancta ecclesia ℑ facunda] lingua *T* eloquens *CFIΘΠ*ℑ abundans (*supra scr.* fac-) *S* 141 quod] mystīū *C* 142 ferat] det spiritus *C* haec signa] ignis et columbae *C* figura mystica *ΘR* figurae] allegorice *Θ* 144 quae] simplicitas *C* tepores] pigros homines *C* 145 ibi] in Iordane ℑ destinat] spiritus sanctus *C* 146 unanimes] ut sint unanimes ℑ hic] in igne *Ψ* ore] praedicatione *Ψ* 147 mentibus] nostris *vel* apostolorum *C* sermonibus] nostris *C*

137 fecunda *DEGHJK*M*^{vl}*OR*UV*WXYZ*ΔΘ*ΛΣ*^{2}*Ω* (facunda *Ω*^{vl}) 141 nunc *HJ*UX*^{2}*Π*ℑ 147 instet *F*^{2}*HI*^{2}*R*^{2}*T*^{2}*ΠΣΨ* aestuet *F*^{2}*HI*^{2}*R*^{2}*T*^{2}*ΠΣΨ*^{2}

I: *PHRTCAN*
II: *FI*
III: *GKE*

Hos etiam musto typica ratione moveri
Error verus ait, quos ebria fonte recenti
Complevit doctrina poli. Nova vasa liquorem
Suscepere novum nec corrumpuntur acerbo,
Quo veteres maduere lacus de vite bibentes,
Quae Christo cultore dedit convivia verbis,
Unde rubent quas vertit aquas, tenuemque saporem
Legis in Ecclĕsiae fecit fervescere libris.
Tertia sidereis inclaruit hora loquelis:
Hunc numerum Deus unus habet, substantia simplex
Personis distincta tribus; quam plurima nobis
Instrumenta patent simul hoc et tempora monstrant.

De eo ubi beatus Petrus de incarnatione, passione, et resurrectione Christi Domini vel quem ad modum dolores

---

148 *cf.* Mart. VIII 75, 5 ratione moveret 150 *v.* Luc. 5, 37—38; Marc. 2, 22 nova] de figura *cf.* Bed. *Ex. act. Ap.* II 13 154 unde ... aquas] Ioh. 2, 1—11 156 tertia ... hora] Act. 2, 15; *de figura cf.* Iuvenc. *Hist. Ev.* I 249—251 munera tria / tus, aurum, myrrhum regique hominique deoque / dona ferunt; Sedul. *Pasch. Carm.* II 97—102 tria dona ... / hunc numerum ... praesentia prisca futura; Apoc. 21, 13 (*quater*); 16, 13; 8, 7; 8, 9 (*bis*); 8, 10; 8, 11; 8, 12 (*quinquies*); 9, 15; 9, 18; 12, 4 157—158 hunc ... tribus] I Ioh. 5, 7

---

148 figura mystica Θ typica] mystica *C* 149 quos] apostolos *C* ebria] plena spiritu sancto *Π* 152 veteres ... lacus] scribae et pharisei humectati sunt 𝔍 bibentes] ipsi discipuli 𝔍 154 rubent] aquae *C* 155 figura mystica Θ legis] antiquae *C* Ecclesiae] novae *C* 156 figura mystica *R* hora] horam describit in qua spiritus venit in igne *C* 157—158 admirando *O* 158 quam] substantia *CT* 159 instrumenta] documenta *vel* exempla *C* patent] ostendunt *vel* manifestant *C* hoc] mysterium *T* tempora] trium horarum *O*

I: *PHRTCAN* 148 nos *AY* quos H^{vl} 151 ne *DMST*Δ* corrumpantur
II: *FI* G^2*MST*Δ* acervo *AM*NPR*ST*YZ** 153 verbis] turbis
III: *GLKE* $HR^{vl}ΔΣΨ^*$ u[e *eras.*]rbis R^2 mensis $FΦ^1$ 154 aquas] *om. M** aquae $M^2ΦΨ$ aqua $I^*Σ^2$ aques *X** 159 haec *CHWΔΣΨ** 𝔍 (hoc $𝔍^{vl}$)

inferni fuerint resoluti praedicans admonuit ut a Iudaeorum prava generatione discederent et baptizarentur; atque eodem die tria milia baptizavit.

Primus at ille Petrus, cui servit in aequore gressus,
Retia iam cupiens hominum vibrare saluti,
Ut piscator ovans levet has de fonte catervas,
Rettulit aethereos populo mirante triumphos:
„Venit ad occiduas carnaliter editus oras
Humana sub lege Deus, qui temporis expers
Principium de matre tulit nec vile putavit
Maiestate potens terreni sumere formam
Corporis atque opifex hominum pars esse suoque
Nos pretio revocare sibi post dona salutis
Postque tot erectos pulsis languoribus aegros,
Cum defleta etiam perfunctaque corpora luci
Redderet et superas iterum concederet auras.
Se quoque permittens fusae genetricis ab alvo

160—201 *v.* Act. 2, 14—40 160 cui ... gressus] Matth. 14, 29; Val. Fl. VII 559 fixerat ille gradus; Sil. Ital. IV 655 defigere gressum 163 *cf.* Iuv. II 67 populo mirante; *sic etiam* Sil. Ital. XVI 501 164 carnaliter editus] Ioh. 1, 14 carnaliter] Act. 2, 30 fructu lumbi 166—168 nec vile ... corporis] Phil. 2, 6—7 169 *cf.* Venant. Fort. *Carm.* II 7, 37 dona salutis; *sic etiam ibid.* VII 10, 15; Iuvenc. *Hist. Ev.* II 334; Prosp. *De ingrat.* I 289; Val. Fl. II 488 170 *cf.* Bed. *Vit. S. Cuth.* 15, 10 (*PL* XCIV 583d) erigit innumeros pulsis languoribus aegros 172 *cf.* Verg. *Ae.* VI 128 superasque evadere ad auras; Claud. *De rapt. Pros.* I 278 superas molitur ad auras 173 fusae] Verg. *Ae.* VIII 139 fudit; Iuvenc. *Hist. Ev.* I 105 fundere; Verg. *Ae.* II 329 fundit; Verg. *Ge.* I 13 fudit; Hieron. *Ep.* 108, 10 (*PL* XXII 884—885) puerpera fudit; *cf.* Ov. *Met.* III 310 genetricis ab alvo

160 servit] famulatur $IX\Pi$ obedit CT cui praebuit se mare calcabile C 163 rettulit] narravit ℨ dixit ℨ aethereos] per quos triumphavit christus C 173 fusae] pariturae E natae F missae T natus $CH\Theta$ egressus $IX\beth$ ℨ

167 terrena P terrene Θ^* 173 fusus $CF^2HI^2JR^2,U^2$ *ut vid.*, $W\Delta\Theta\Pi\Sigma\Phi\Psi^*\Omega[\beth]$ fussae P^*

I: $PHRTCAN$
II: FI
III: $GLKE$

Carnis iure pati, vitam ne perderet orbis,
Maluit ipse mori. Sed quod de virgine feta
Nascitur, illud obit. Ligno suspenditur insons,
Et ligni vacuatur onus. Sic vulnus iniqui
Fit medicina Dei. Pavidis resplenduit umbris
Pallida regna petens; propria quem luce coruscum
Non potuit fuscare chaos, fugere dolores;
Infernus tunc esse timet, nullumque coercens
In se poena redit; nova tortor ad otia languet;
Tartara maesta gemunt quia vincula cuncta quiescunt.
Mors ibi quid faceret quo vitae portitor ibat?
Hunc Deus omnipotens, cui numquam terminus instat,
Post sacra busta levat; radiantem in corpore Iesum
Vidimus et propriis reducem conspeximus astris.
Sed fugite, o miseri, funesta piacula gentis,
Cui, veniente Deo veteres avertere noxas,
Addita sacrilegae creverunt vulnera culpae.

174—175 *v.* Ioh. 11, 50—52 174 *cf.* Val. Fl. VI 126 iura pati 176—177 ligne... onus] Iustin. Mart. *Dialog.* 86 (*PG* VI 680b) *μετὰ τὸ σταυρωθῆναι... σύμβολον εἶχε...* 176 *v.* Act. 2, 23 affigentes 179 *cf.* Verg. *Ae.* I 620 nova regna petentem; Luc. *Phars.* I 456 pallida regna petunt; Sil. Ital. XI 472 pallida regna; *ibid.* XIII 408 regna suos pallentia mittent Verg. *Ae.* II 470 luce coruscus; Val. Fl. I 486 luce coruscum; *sic etiam* Sil. Ital. I 463 181 *v.* Iob 17, 13 infernus domus mea est; Apoc. 20, 14 et infernus et mors missi sunt 183 *cf.* Luc. *Phars.* VI 782 Tartara maesta 185 *cf.* Verg. *Ae.* I 60 sed pater omnipotens 186 levat] Act. 2, 24 suscitavit 187 vidimus] Act. 2, 32 188 *cf.* Verg. *Ae.* III 639 sed fugite, o miseri

---

177 ligni] adae *C* iniqui] adae *C* 178 resplenduit] christus *C* umbris] vocat animas umbras ♭ 179 metonomia *Z* 183 Tartara] metaphora *Z* 184—185 metonomia *CH* 184 vox poetae *Z* 186 levat] de morte *C* 187 vidimus] discipuli *C* reducem] ascendentem *C* remeantem *C* 190 culpae] interfectionis dominicae *I*

I: *PHRTCAN* 174 iura *CDEFGH²JKLMNOR²ST²UV²WX²Z²ΓΔΘ** (a *del.* Θ²) *ΛΠΣΦΨΩ* ♭ iurae *X*Z³*; *cf.* pati I 9 181 infernum *AKRT*
II: *FI* *XYZΘ** (m *eras.* Θ²) infernu(m *nota?*) *P*
III: *GLKE*

Cur natos, Iudaea, tuos per vota cruoris
Parricida trahis Quid Christi sanguine fuso
Hos tecum damnata premis necdumque creatos
Festinas proferre reos, homicidaque lingua
Naturae percussit iter? cui serior ortus
Quam facinus discrimen alit scelerumque propago
De natale perit, quae saucia voce parentum
In lucem punita venit. Si solvere cura est
Fecundi crementa mali, felicibus undis
Exstinctum reparate genus; spes una remitti
Debita supplicii post crimina velle renasci."
Multiplicat iam pastor oves; tria milia vulgi,
Non minus, illa dies in flumine diluit Agni.
Hic primum post iussa Dei baptismatis usus
Exoritur data iura probans; nam trina potestas
Colligit hanc prolem numerum partita per aequum.
Perfectum est quod mille sonat; sic denique saeclis

191 vota cruoris] Matth. 27, 25 192 parricida] Act. 2, 40 generatione prava 193 *cf.* Claud. *Carm. min.* 52, 6 necdumque creati; Sedul. *Pasch. Carm.* II 144 nondumque creatus 198—200 si ... reparate] Iustin. Mart. *Dialog.* 44 (*PG* VI 569b—572a) *εἰς μυστήριον τοῦ Χριστοῦ ... λουσάμενοι ζήσητε* 199 felicibus undis] Act. 2, 38 baptizetur 202—219 *v.* Act. 2, 41—47 202 *cf. infra* I 386 milia vulgi; Luc. *Phars.* II 208 milia volgi; Claud. *De cons. Stil.* II 397 milia vulgi 207 mille] *de figura cf.* Apoc. 7, 5—8 (*duodecies*); *ibid.* 20, 2—7 (*sexies*); Prud. *Cont. Symm.* I 517 (*PL* LX) tumulorum milia; *ibid.* II 84 mille meos ... annos

191—192 verba petri *A* 192 parricida] tu ℨ 194 reos] culpabiles *T* 195—196 cui ... alit / quia antequam nascantur maledicti sunt ℨ 195 naturae] prolis tuae *T* iter] per quod sunt nati *T* cui] naturae ℨ 197 de natale] nativitate ℨ quae] progago ℨ parentum] iudaeorum ℨ 198 vox poetae *Z* 200 remitti] ut remittantur ℨ 201 hucusque locutus est petrus *C* 202 poeta *O* pastor] petrus ℨ 204 figura mystica *R* 205 figura mystica *Θ* 206 allegr̃ *U* 207 mille] numerus ℨ

196 alit] habet $C^{vl}U$(alit U^{vl})XYZ^* 200 reparare FH^1 (*post* r *in ras.* H^1; reparate H^{vl})Π^* remittit EGH^2L,M^* *ut vid.*, $OSTVWX^*$ *ut vid.*, $Z^*\Gamma\Lambda$ℨ*

I: *PHRTCAN*
II: *FI*
III: *GLKE*

Ponimus aetates cum tempora dicimus orbis.
Res perfecta semel ter iungitur, et facit agmen
Mystica vis numeri. Gregis est pia forma novelli.

De eo ubi post adventum Spiritus sancti erant illis omnia communia et unanimiter habitabant collaudantes Dominum atque habentes gratiam ad omnem plebem.

Funditur interea per cunctos gratia sensus,
Divitiasque metit locuples in amore voluntas;
Utque pii coeant in foedera pignore certo,
Res laxant et corda ligant; sine limite census
Affectu consorte licet; nova iura beatis
Munifica fluxere manu, quibus ubere laeto
Divisae geminantur opes, et crescit in omnes
Quod faciunt commune sibi, totumque capessunt
Qui proprium nihil esse volunt. Quo fonte cucurrit
Haec probitas quaeve illa fuit bonitatis origo,
Hinc canere incipiam. Sacris bis Spiritus almus
Discipulis concessus erat: spiratus in illos
A Christo surgente semel; post missus ab astris

209 ter] *de figura cf.* Apoc. 8, 7—12 (*ter-decies*); *ibid.* 9, 15; 9, 18; *ibid.* 11, 11; *ibid.* 12, 4; *ibid.* 16, 13; *ibid.* 21, 13 (*quater*); *cf. supra* 156 211 *cf. infra* I 497 funditur et 213 *cf.* Verg. *Ae.* XI 292 coeant in foedera; Act. 2, 44—45 216 *cf.* Verg. *Ae.* III 95 ubere laeto 221 *cf.* Verg. *Ge.* I 5 hinc canere incipiam bis] Ioh. 20, 22; Act. 1, 2; *de figura cf.* Apoc. 11, 3; *ibid.* 11, 4 (*bis*); *ibid.* 12, 14; *ibid.* 13, 11; Aug. *Civ. Dei* XVI 39 (*CSEL* XL 2, 195, 20—22) 223 semel] Ioh. 20, 22 post] Act. 2, 1—4

209 agmen] tria millia *I* 210 mystica] typica *T* vis] sensus *T* numeri] millenarii *T* gregis] ecclesiae *C* 215 licet] fas est ♫ 219 verba poetae ♫ primum] quod proprium nil volunt habere *Z* 221 expositio *H* modo allegoritabit ♫ sacris] apostolis ♫

I: *PHRTCAN*
II: *FI*
III: *GLKE*

208 orbis] anni *I** 212 in amore] sub corde *U* voluptas *I*Π* (voluntas Π^{vl}) voluptasn (s *in ras.*) H^1 volutans *A* 213 pie *EGLMOSS*^{2},*T* ut vid.*, *A* pia A^2K 219 proprium] primum *YZ*

Nescia verba viris facundus detulit ignis.
Ne quid inexpertum studio meditemur inani,
Spiritus alme, veni! Sine te non diceris umquam;
Munera da linguae qui das in munere linguas.
Haec iterata, reor, confirmant praemia iustos,
Ut duo iussa colant tabulis conscripta duabus:
„Dilige mente Deum ferventi plenus amore."
Rursus ait: „Carus tibi sit quoque proximus ut tu."
Hoc pactum ius omne tenet, quod Spiritus almus
Bis veniens per corda creat: semel hunc dedit Auctor
In terris, ut ametur homo; post misit ab astris,
Ut flagrent humana Deum. Dilectio prima est
Quae Dominum vehementer amat, cui deinde secunda
Quae sociat mortale genus. Tamen incipit ante
Posterior numero; sequitur comitata secunda
Quae prior est. Sic forma docet: „Nisi diligis" inquit
„Cernere quem potis est fratrem, quem cernere non est
Nescĭs amare Deum." Concordia nexa calescat

---

225 *cf.* Verg. *Ae.* IV 415 ne quid inexpertum; Hor. *Ar. poet.* 125 si quid inexpertum Verg. *Ec.* II 5 studio ... inani 226 sine ... umquam] II Pet. 1, 21 227 *cf. infra* I 955 munere linguas; Mart. VII 88, 9 munere linguae; Sedul. *Pasch. Carm.* II 146 munera linguae 229 duo iussa] Matth. 22, 37—40 233—234 bis ... semel ... post] Matth. 3, 16—17; Ioh. 14, 21—26; Act. 2, 1—4 235—236 prima ... secunda] Matth. 22, 37—40 239—241 nisi ... Deum] I Ioh. 4, 20

---

226 apostrophe *T* 228—231 figura mystica *RΘ* 228 iterata] bis missa ℑ 229 tabulis ... duabus] duo sunt haec signa figurae *I** 233 corda] apostolorum *C* semel] primo *C* hunc] spiritum sanctum *C* 234 post] secundo *C* 235 flagrent] summo ardore diligant *O* 236 secunda] s. est M^{mg} 240 potis est] facile *A*

---

224 viri *PZ** 235 est *om. P* 236 secunda] secunda est I: *PHRTCAN* *C*, E^2 *ut vid.*, *H***H*^{3} *UVWXΓΔΛΠ*, Ψ^2 *ut vid.*, Ω ℑ (est E^{ss} M^{mg} O^{mg}), II: *FI* *cf.* I 589 ubi ... poena 238 secundam *DHΔΦΩ* ℑ 240 potis es] III: *GLKE* *CDEJLMNOSV*^{2}*X*^{2}*ΓΔΘΛ***Σ*^{2}*ΨΩ* ℑ, *Ξ def.* potens est *YZ** non es *CDRMVΛ*^{1}*Θ*^{2}*Ω* ℑ

Ergo pari voto, Dominumque in pectore condat
Fratris amor; geminae sibi sit substantia causae.

De eo ubi beatus Petrus cum Iohanne ad Portam templi Speciosam claudum quadragenarium ex utero matris sedentem mendicantemque respexit negansque sibi esse divitias eum apprehensa manu sermone curavit. Qui exsiliens et currens intravit cum his in templum et processit in Porticum Salomonis.

Claudus erat, cui prima dies exordia vitae
Membrorum cum strage dedit, languore coaevo
Octo lustra gerens, ad quem comitante Iohanne
„Respice“ Petrus ait; votum spes lusit avarum
Cumque negat meliora parat. Quam saepe gravatos
Desperata iuvant, et semine nata sinistro
Prosperitas, celans maestis confinia laeta
Principiis, ad vota venit! Gaudebit egenus
Plus vacua meruisse manu, qui munera poscens
Est datus ipse sibi. „Nulla hic mihi vena metalli“

---

242 *cf.* Luc. *Phars.* IX 256 ergo pari voto Verg. *Ae.* XII 950 sub pectore condit; Stat. *Theb.* I 613—614 sub pectore duro / condidit; Ov. *Met.* XIII 391—392 in pectus ... condidit 244—292 *v.* Act. 3, 1—11 245 *cf.* Luc. *Phars.* X 31 humana cum strage ruit 246 octo lustra] Act. 4, 22; *cf. infra* 268 quadraginta annos; Tertull. *De baptismo* 20 quadraginta annos 247 *cf.* Verg. *Ae.* I 352 spe lusit amantem 248—251 quam ... venit] Iob 8, 7 249 iuvant] Chrys. *In act. Ap.* Hom. LIV 3 (*PG* LX 377—380) 252 *cf.* Verg. *Ae.* II 434 meruisse manu 253 nulla ... metalli] Bed. *Ex. act. Ap.* III 6

---

243 geminae ... causae] dicit dilectionem dei et proximi *C* 246 gerens] ille ȝ 247 spes] claudi *C* 248 exclamatio poetae apostropham facit ȝ admiratio poetae *C* 250 confinia] proxima *T*

I: *PHRTCAN* 242 pectora *AEGKOR*T*,Y ut vid.*, *Θ** 243 sit] sint
II: *FI* *R*YZΘ** in *A* 251 gaudebat $C^{vl}EGKLMR^{2}S\Delta\Lambda\Sigma\Psi^{*}$ gau-
III: *GLKE* debis *HW*

Respondit „quae fundat opes; ego ditior aegro
Pauper ero; progressus abi!“ De voce iubentis
Exsiluit medicina potens, atque hospite gressu
Convixere pedes. Cunabula longa relinquens
Calcavit veteranus humum, plantisque novellis
Materies se prisca movet, cui praepete cursu
Protulit incessus quicquid non edidit ortus;
Stat facti manifesta fides. Sed et altera nobis
Res aperit quod causa gerit: Gens nomen ab illo
Israel dicta tenet qui bella reliquerat aeger,
Conatus certare Deo. Tulit ipse figuram
Corporis ante gravem, quam post in vulnere mentis
Israel claudus habet, qui per sua crimina labens
Corde magis quam carne fluit spatiisque sub ipsis
Quadraginta annos Aegypti fine remotus
Claudicat, Aegyptum cupiens atque idola quaerens.
Ponitur ad portam Speciosam debilis; ultra

259 *cf.* Stat. *Theb.* VI 298 praepete cursu 261 *cf.* Verg. *Ae.* II 309 manifesta fides; *sic etiam ibid.* III 375; Luc. *Phars.* I 524; Stat. *Theb.* VI 638 264—269 tulit . . . claudus] Sedul. *Hymn.* 1, 19—20 claudicat . . . / . . . claudicat 264 *v.* Gen. 32, 24—28; Sil. Ital. X 54 certare Tonanti 265 *cf.* Verg. *Ae.* XII 160 vulnere mentis; Ov. *Ex Pont.* IV 11, 19 vulnera mentis 266 Israel claudus] *de figura cf.* Iustin. Mart. *Dialog.* 100 (*PG* VI 709a) *τὰ περὶ αὐτοῦ (Iacob) κεκρύφθαι ἐν μυστηρίῳ* 269 cupiens] Exod. 16, 2—3 idola quaerens] Exod. 32, 1 270 portam Speciosam] Prud. *Dittoch.* 45 (46) Porta manet templi, Speciosam quam uocitarunt; *cf.* Act. 3, 2

254—255 ditior] ditior sum quam munera poscens *O* 254 aegro] egros vocat divites quia semper egent *C* 256 hospite] *vel* sospite *C* 257 convixere] erqueke duni (Steinmeyer II 27) *A* 259 materies . . . prisca] ille clodus antiquus ꝫ cui] claudo *C* 260 incessus] ambulatio *C* 261 altera] aliud mysticum *C* 262 figura mystica *RΘ* quod] hoc *C* 263 figura mystica *O* 266 Israel] populus *C* 267 spatiisque . . . ipsis] sub ipso tempore *C*

257 coniunxere *GKSΦ* convinxere *U*WZ²Σ²* convexere *N* I: *PHRTCAN* revixere $I^{vl}S^{mg}$ 259 perpete *AX** profite *Y* prepete (pe *in ras.*) Z^2 II: *FI* 263 relinqueret *R** reliqueret *AT** (rebella liqueret *A*) 265 post in] III: *GLKE* post *********** in Y^2Z^2 post *Ψ**

Non valet ire miser nec limina tangere portae;
Culpa negavit iter. Qui sunt qui pectore claudum
Israel ferre solent portaeque adiungere certant
Quae speciosa suo prodit de nomine Iesum?
Isaias, Daniel, similes quique ore prophetae
Obscuris manifesta canunt miracula Christi;
Et portae qui nomen habet sic admonet ipse:
„Porta ego sum vobis; qui per me intrare recusat
Fur erit ille nocens.“ Possunt portare prophetae
Ad portam, cernenda magis quam visa loquentes;
In templum non ferre queunt; haec ianua Petro
Credita, qui Christum confessus cognita monstrat,
Non ventura sonat. Vetus o! sine fine iacebis
Ni Petrum iam, claude, roges, qui noxia pellens
Auri vitat onus, rerum cui censuit Auctor
Nec peram gestare sibi. Pete dona salutis;
Non fragiles secteris opes, quas spernere debet
Cum Domino qui dives erit. Post limina templi
Porticus hunc Salomonis habet qui iure vocatur

---

271 *cf.* Verg. *Ae.* II 752 limina portae; *sic etiam ibid.* III 351 272 iter] Exod. 16, 35 275 ore prophetae] Isa. 50—53; Dan. 7, 13; Ps. 2, 6—12; *ibid.* 110 277 portae ... nomen] Ioh. 10, 7; 10, 9 278—279 intrare ... fur] Ioh. 10, 1 279 *cf.* Luc. *Phars.* I 203 erit ille nocens 282 haec ianua ... credita] Matth. 16, 19 283 *cf.* Ov. *Met.* XII 316 sine fine iacebat 286 peram] Luc. 10, 4 dona salutis] *sic etiam supra* I 169; *infra* II 410; Eugen. Tol. *Carm. C* 1 288 *cf.* Verg. *Ae.* II 752 limina portae 289 porticus ... Salomonis] Ioh. 10, 23

I: *PHRTCAN*
II: *FI*
III: *GLKE*

272 verba poetae *C* iter ad regnum per XL annos similiter *I* 273 figura mystica *O* 274 prodit] significat *O* manifestat, quia ipse speciosus deus. sic psalmista speciosa forma prae filiis hominum *C* 276 obscuris] sententiis *vel* verbis ♮ 277 habet] christus *C* 279 portare] illum claudum ♮ 280 cernenda] futura ♮ visa] praeterita 283 vetus ... iacebis] populum iudaicum sub specie claudi alloquitur *XΠ* 284 apostropham facit ad iudaeos *CΘ* 285 cui] petro ♮ 288 erit] esse vult *C* 289 hunc] claudum ♮

---

284 reges *T*YZ** 285 vetat *YZ**

Pacificus; regnante fide quis semper in orbe
Pacificus nisi Christus erit? Hic protegit omnem
Qui Petro ductore placet, quo praesule surgit.

De eo ubi, cum iam essent quinque milia credentium, Iudaei interdicebant ne hoc signum in Christi factum nomine praedicarent. Qui beato Petro sunt respondente contempti dimissique. Ad Apostolos alios sunt regressi quia propter populum eos retinere timuerunt.

Agmine iam niveo per milia quinque virorum
Ecclesiae crescebat apex; arcere laborat
Hunc Iudaea coli cuius de munere fluxit
Quod virtus operata dedit, sed linquere Christum
Petri nescit amor. „Non hunc reticebimus“ inquit
„Quo remeat praestante salus, qui iure creantis
Infectum supplevit opus; solidumque decorem
Pars reparat quam iussa novant. Hic membra redemptor
Saucia restituit qui mortua surgere cedit.“
Fert animus patrare nefas sanctisque verendis
Sacrilegas inferre neces. O semper iniqui!
Dona vident et bella movent; sed coepta relinquunt,

---

290 Pacificus] Ioh. 14, 27; Luc. 1, 79 293—304 *v.* Act. 4, 1—12 297 *cf.* Luc. *Phars.* III 119 nescit amor 302 *cf.* Ov. *Met.* I 1 fert animus; *sic etiam* Luc. *Phars.* I 67; Stat. *Silv.* IV 4, 49; Pers. *Sat.* IV 7 Claud. *De bell. Gild.* I 274 patrare nefas; *sic etiam* Sedul. *Pasch. Carm.* II 121 304—306 sed ... meriti] Act. 4, 13; 4, 21 304 *cf.* Sil. Ital. XII 455 linquit coepta

---

290 Pacificus] Salomon christum designat et interpretatur pacificus *C* 292 placet] christo ȝ quo] petro ȝ 295 hunc] christum ȝ 300 pars] corpus clodi ȝ hic] petrus *H* 301 cedit] aphaeresis. figura est ablatio de principio dictionis ȝ 302 animus iudaeorum ȝ

---

290 *post* 291 Ψ^* *post* 292 *L om. Y* quis] qui *FI*K*O*T²WZ*Σ** I: *PHRTCAN* 291 *om. A* (add. in marg. A²)* 292 doctore *NRΘ* 299 supplebit II: *FI* *K* ut vid., R*, Θ* ut vid.* supl[...]t *E* supple*it K^2 complevit *Λ* III: *GLKE* 300 huic *MNΛΦΩ* hic $X^1\Gamma\Psi^2$ ȝ hinc *T*Z** 301 quia *R** quam H^2

Ne violent quos turba fovet, quibus indice claudo
Testis erat meriti; cumque hoc sua corda levabant.
Nam non parva dedit populo miracula gressus
Quem rudis atque senex nullis iam legibus aevi
Vernula sumpsit humi, cum quo stupet ipsa moveri
Quae iacuit natura diu firmataque nuper
Incessu proprio nova iam vestigia signat,
Quae fuerint aliena sibi. Tamen improba proles
Saevit adhuc farique vetat quod gaudia clamant.
Quid totiens, Iudaea, cadis? Surrectio Christi
Ut furto celetur emis, sed inania demens
A somno documenta petis; livore caduco,
Quae sentis virtute geri, vis fraude negari.
Infernum Dominus cum destructurus adiret,
Detulit inde suam spoliato funere carnem.

306 *cf.* Sil. Ital. VIII 118 corda levaret; Stat. *Theb.* VIII 215 corda levavit; Ov. *Trist.* IV 6, 16 corda levat 309 *cf.* Verg. *Ae.* XII 707 stupet ipse 312 fuerint aliena] Act. 3, 2 313 *cf.* Verg. *Ae.* III 380 farique vetat 314 cadis] *de figura cf.* Chrys. *In act. Ap. Hom.* VIII 1 (*PG* LX 71) Tales erant Iudaei claudicantes 315 *cf.* Ov. *Ar. am.* II 389 furto celetur 315—316 emis ... petis] Matth. 28, 12—15 317 *cf.* Val. Fl. IV 364 qua fraude negaret

305 quibus] apostolis ‡ 306 hoc] merito *vel* miraculo *vel* claudo *T* clodo ‡ 309 vernula] servulus humi ‡ quo] gressu *T* clodo *C* ‡ ipsa] natura ‡ 310 natura] homo *I* 313 quod] hoc ‡ 314 poeta *MO* 315 furto] per furtum *T* 317 virtute] christi ‡ 319 inde] de sepulchro *Π*

I: *PHRTCAN*
II: *FI*
III: *GLKE*

307 nam] iam $S^2WΦ$ parva] pauca $Φ$ paria Y pa**a Z (parva Z^2) 308 nulli YZ^* nullus R 311 *om.* $A^*E^*F^*H^*IK^*P^*R^*S^*WXYZΘ^*Π^*Σ^*Ψ^*$ (*add. in marg.* A^2, E^2 [*marg. sup.*], E^3 [*marg. inf.*], $F^2H^2R^2Ψ^2$; *inseruit post* 310 K^2P^2; *repetit* $Γ^{mg}$) proprio] propria $H^2M^*TVΓΓ^{mg}$ propriato E^4 (*marg. sup.*) propriaque M^2 properata $DE^3GJLM^{mg}OS^2UΘΛΩ$ nova] novo $C^*DGMOST^2UVΘ^2ΛΩ$ nova iam] renovans N nova C^2 nova iam C^3 iam] tunc A^2E^2 *om.* E^3GLTUV vestigia] miracula R^* 312 fuerant $DEFGIJKLMOR^2SUVWXΓΛΘΛΠΣΨΩ$ ‡ *v. l. cr.* 314 *repetit post* 314 X^{mg} Iudaea] elata X^{mg} 316 somno] sumno $YZ^*Ψ^*$, ‡* (sommo) 319 unde $AR^*TΘ^*$

Victor ab arce crucis radiantia signa ministrat.
Sol ruit in tenebras, tu pectore nigra rebellas;
Arva tremunt concussa locis, tu fixior haeres;
Saxa crepant, tu dura manes. Iam scissio veli,
Quae latuere diu, nudavit mystica templi.
Lux tua nos adiit, tecum nox sola remansit;
Mors sine fine premit, cui numquam vita resurgit.
Planta vetus, sociare novis et condere libris,
Ne pereas viduata cibis, sine munere quorum
Arida ficus eris nullo quia tempore fructum
Ad Christi vis ferre manum neque cernere quantum
Floruit insertus faciens oleaster olivas
Plenaque per gentes de spinis pullulat uva.
Imminet exhaustis radicibus ira securis,
Ut succisa ruas ni iam translata virescas.

De eo ubi beato Petro et Iohanne redeuntibus de miraculo claudi vel minis Iudaeorum omnes Apostoli Deo creatori rerum ab initio laudes dixerunt, commemorantes de Herode et Pilato et rogantes ut per manus eorum signa

---

320—325 *v.* Matth. 27, 51—54 320 *cf.* Sedul. *Pasch. Carm.* I 337 en signo sacrata crucis; Verg. *Ae.* I 150 arma ministrat 323 tu dura manes] Sedul. *Pasch. Carm.* V 14 gens durissima corde 324 *cf.* Val. Fl. VI 703 latuere diu 327—334 *v.* Marc. 11, 13; 11, 14; 11, 20; Matth. 7, 19 329 arida ficus] Sedul. *Pasch. Carm.* IV 50—51 viduata suis ficulnea sucis / aruit; Matth. 3, 10; 7, 19; Luc. 3, 9; Ioh. 15, 6 330 *cf.* Verg. *Ae.* V 403 ferre manum 331 insertus ... oleaster] Rom. 11, 24 332 de spinis ... uva] Matth. 7, 16 334 ruas] Matth. 7, 19

---

320 arce] caelo *C* crucis] passionis *C* 322 locis] in suis *C* 325 lux] christus *C* 326 premit] te *C* cui] tibi ȝ 327 figura mystica *RΘ* novis] plantis s. gentibus *C* 329 vox poetae *Z* 332 spinis] gentili populo *C* 333 securis] hic christum significat ȝ

---

321 tenebris *YXΦ* 323 iam] nam *OΠ* 325 sola] tota I: *PHRTCAN ANRRyTWX* (sola X^{ss}) *ΘΩ* tota sola *Y*Z** (sola Z^{2}; tota Z^{vl}) II: *FI* 328 cibis] sucis (*in ras.*) C^{2} 329 quia] que *NPZ*^{2} 331 incertus III: *GLKE CJ*V*W* 334 occisa *V** succissa *C*

facere dignaretur; motusque est locus in quo stabant, et Spiritus sanctus advenit.

Postquam mira salus in corpore nata vetusto
Discipulis audita liquet gentisque superbae
Cognovere minas, celebrant his vocibus hymnum:
„Tu, qui cuncta, Deus, propriis animata figuris
Artifici sermone facis, quique edita cernens
Ante vides rerumque creas per nomina formas,
Cum fierent, vox semen erat, nec distulit ortus
Imperium natura sequens; mox Spiritus oris
Aethera curvavit, sola nexuit, aequora fudit,
Materiamque operis sola est largita voluntas.
Ne deforme iugum similis portaret imago,
Tegmine servili latuit regnator Olympi,
Ut sua gentiles implerent coepta furores.

---

335 *ss. v.* Act. 4, 23 *ss.* 338 *v.* IV Reg. 19, 15; *cf.* Stat. *Theb.* III 224 animata figuris; *idem Silv.* V 1, 2 animare figuris 339—340 *cf.* Sedul. *Pasch. Carm.* III 21 videndo / praeteritum cernit quicquid vult esse futurum 341 vox] Gen. 1, 8—11; *cf. ibid.* 1, 14; 1, 20; 1, 24; 1, 26; 1, 28; 1, 29 342—343 *v.* Ps. 32, 6 342 *cf.* Verg. *Ge.* IV 300 spiritus oris; *sic etiam* Ov. *Met.* XV 303; Prud. *Apoth.* [*Hymn. De Trin.*] 3 (*CSEL* IX 1) spiritus ore; *sic etiam ibid.* 694; Lucret. I 37; Sil. Ital. XIV 602 spiritus ora; *sic etiam* Coripp. *Ioh.* VI 177 (*MGH* Auct. ant. III 2, 68) 345 *cf.* Stat. *Theb.* IX 84 iugum deforme imago] Gen. 1, 27 346 *cf.* Verg. *Ae.* II 779 regnator Olympi; *sic etiam ibid.* VII 558; *ibid.* X 437; Sil. Ital. X 350; Stat. *Ach.* I 588; Stat. *Theb.* VIII 41; Mart. XIV 175, 1 347 gentiles ... furores] Ps. 2, 1

---

338 hic inchoat oratio *C* 340 parenthesis *Z*ª 342 oris] tui ª 345 verba poetae *C* similis] christi *C* imago] homo ª

I: *PHRTCAN* 336 licet T^2YZ^* linquet R^* liquet T^* 339 artificis $AH^*PT^*U^*X^*Z^2$, *cf.* operis I 344 340 videns $AKR^*\Theta^*$ creans $AEF^*GJ^*KLMOR^*S^2T^*U^*\Theta^*\Lambda^*$ nomina] omnia AZ^2 (nomina Z^* *et* Z^{ss}) 344 operi C^2GH^2 *ut vid.*, $J^2MNYZ^*\Theta\Sigma\Phi$, *cf.* artifici I 339 347 furoris $FIWZ^2\Theta\Sigma^2$

II: *FI*

III: *GLKE*

Quis dolus Herodis cum tristia bella moveret
Infantum mandata neci! quos ubere raptos
Vulnera suscipiunt parvis errantia membris
Vix habitura locum, saevoque iubente tyranno
Nasci poena fuit, cuius tulit impetus aevum
Quem nescivit agi qui perdidit. O nova mortis
Condicio, solo vitam pro fine subire
Et, cum prima dies atque ultima sit simul una,
Posse magis quam scire mori! Quis lumine sicco
Aut gemitu cessante queat memorare Pilati,
Quod deflent elementa, nefas? quo iudice Christus
Subdere pro mundi voluit sua membra periclis,
Ut carnale malum caro solveret et ferus hostis,
Cuius ab ingenio fluxerunt tela veneni,
Perderet antiqui lacrimosa piacula belli

348—356 *v.* Act. 4, 27 348 *v.* Matth. 2 dolus Herodis] Matth. 2, 16 iratus est valde 349 *cf.* Claud. *In Eutr.* I 45—46 ab ipso ubere; Verg. *Ae.* VI 428 ab ubere raptos; *ibid.* VII 484 ab ubere raptum; Ov. *Fast.* IV 459 ab ubere rapto; Mart. IX 8, 3 ab ubere raptus 351 *cf.* Luc. *Phars.* VII 494 vixque habitura locum 352 *cf.* Luc. *Phars.* I 491 tulit impetus; *sic etiam* Ov. *Fast.* I 23 (*alio sensu*) 353—354 *cf.* Verg. *Ae.* XII 879—880 mortis adempta est / condicio; Publ. Syri D. 12 mortis condicio 356 *cf.* Luc. *Phars.* II 109 sed satis est iam posse mori Luc. *Phars.* IX 1044 sicco lumine; Stat. *Silv.* V 3, 35 lumine sicco; *sic etiam* Mart. X 80, 5 357 Pilati] Act. 4, 27 358 deflent elementa] Matth. 27, 45; *ibid.* 51—54 360 *cf.* Ov. *Met.* I 185 ferus hostis; *idem Trist.* II 77 ferus . . . hostis; *idem Ex Pont.* III 1, 2 hoste fero; *ibid.* IV 7, 25—26 ferus . . . hostis 361 *cf.* Ov. *Trist.* IV 1, 77 tela venenis; Luc. *Phars.* VIII 304 tela veneno; *ibid.* IX 829 tela venenum 362 antiqui . . . belli] Gen. 3, 15

348 metaphora *T* admirando *O* 349 figura metonomia ȝ 350 metonomia *C* 352 cuius] herodi ȝ 353 quem] impetum *I* O nova] vox poetica *C* admiratio poetae cum dolore *C* 360 caro] christi ȝ hostis] diabolus ȝ

348 tristia] tristitia *F*PTV*X*Y* 349 nece *A* nesci *Δ** ad necem E^1 *ut vid.* 353 quem] quod $C^2 \Delta\Sigma\Phi\Psi$ ȝ qd(d *in ras.*) U^2 354 sola *X*YZ** 360 et ferus] efferus *FPYZ*

I: *PHRTCAN*
II: *FI*
III: *GLKE*

Materia superante pari, ne criminis ultra
Per subolem prodiret onus. Damnatio iusti
Libertas est facta reis. Da semina verbi
Per tua dona coli, signisque novalibus usa
Colligat ista manus te fructificante maniplos
De quibus ipse tui componas horrea caeli
Triticeamque fidem lolio pereunte corones."
Qua sancti fulsere pedes, concurrere visa est
Pondere terra gravi, moxque almus Spiritus illis
Splenduit, et linguis facundia crevit abortis.
Auditae valuere preces. Humana propago
Materies terrena sumus, limumque parentem
Nomine prodit homo. Vis flexit et impulit arva
Vocis apostolicae quae de tellure creatos
Fecit habere fidem; sed quod magis exsilit unus

365 *cf.* Verg. *Ae.* VI 6 semina flammae da] Act. 4, 29 da 367 fructificante] I Cor. 3, 7 369 lolium] Matth. 13, 30 370—371 *v.* Act. 4, 31 372 abortis] Lucret. III 155 infringi linguam vocemque aboriri 373 *cf.* Ov. *Met.* XIII 89 valuere preces; *sic etiam* Val. Fl. I 341; Stat. *Theb.* XII 403 Verg. *Ae.* VI 870 Romana propago 374—375 *cf.* Prud. *Cont. Symm.* II 132—138 humus . . . homo 376 *cf.* Ov. *Met.* VII 30 tellure creatis 377 *cf.* Ov. *Her.* XXI 234 habere fidem; *sic etiam idem Fast.* IV 58; Prop. III 6, 6

363 superante] carne vincente peccatum nostrae carnis *C* 364 onus] peccatum adae *C* 365 vox *vel* verba orantium apostolorum *C* 366 [segnis] imbellis *CFO*; adhuc imbecillis *IXΠ* 367 ista manus] apostolorum turba ℑ maniplos] fideles ℑ 368 horrea] servatur hic metaphora ℑ 370 revertitur poeta ad historiam *Z* mystica *Z* 372—373 figura mystica *O* 372 abortis] natis *CFT* n̄ natis *XΘΠ* 373—374 figura mystica *ΘΛ* 375 prodit] demonstrat ℑ arva] corda fidelium ℑ 377 quod] hoc ℑ unus] non omnia loca. sed unus demonstrans unitatem ecclesiae *C*

I: *PHTCAN* 363 nec *C*F*ISV* 366 segnis *ACFH²IVΘ²Π²Φ** [ב] sinis
II: *FI* *YZ* (segnes Z^2); *cf.* signa *in Capitulo supra* que *om.* *S** usa] aus-
III: *GLKE* *YZ** ausa *Φ** 370 fulsere] stetere $C^{ss}E^{ss}H^{ss}PSXYZΠΨ^*Ω^{vl}$ ℑ steterunt $G^{ss}K^{ss}M^{ss}T^{ss}$ constare *H** (fulsere $H^{vl}S^{ss}Z^{ss}$ ℑ^{ss}) fluxere *Ω** 372 obortis *DEGIJKLMOSTU²WZΓΘ*, *Λ ut vid.*, *Σ²Φ²Ψ* obertis *Y* 377 quod] quo *AK** qu∗ *S** (quo S^2; quod S^3)

Concutiturque locus, cecinit Scriptura decoros
Pacem ferre pedes; horum sub gressibus ergo
Laeta movetur humus, quibus est sermone Magistri
Pax commissa pii, quae deportata per illos
Exiit in cunctas veloci munere terras.

De eo ubi in multis hominum milibus credentium unum cor erat et anima una, qui praedia sua vendentes deferebant pretia pauperibus eroganda et ponebant ante pedes Apostolorum.

Ecce tot egregiis unum cor esse catervis
Incipit, atque animam populus nanciscitur unam.
Quis dubitare queat mysteria dogmatis, unum
Personas tres esse Deum? cum milia vulgi
Conveniant sub mente pari numerique frequentis
Sint animi velut unus homo; quae turba perennem
Portatura crucem Dominumque secuta fidelem
Sprevit agros habitura polos; haec nempe facultas
Fortior est de parte magis conquirere totum
Atque caducorum pensare manentia causis
Et quaestum per damna sequi. Non, prodige, rerum
Venditor ista facis, sed qui tua iura tenere,
Ambitiose, cupis parvoque in tempore linquis
Quod semper vis esse tuum. Sic spargere rura

---

378 decoros] Rom. 10, 15; Isa. 52, 7; Nah. 1, 15 382 exiit] Marc. 16, 15; *ibid.* 16, 20; Matth. 28, 19 383 unum cor . . . catervis] Act. 4, 32 multitudinis . . . cor unum 384—416 *v.* Act. 4, 32—37 386 tres . . . milia] Act. 2, 41, *cf. supra* I 202 milia vulgi 393 quaestum per damna] Luc. 17, 33; Luc. *Phars.* IV 373 prodiga rerum

380 magistri] christi *C* 381 illos] apostolos *C* 390 agros] possessiones *C* 391 totum] deum *C* 393 apostrophe *A* 396 spargere] expandere ♮

378 cecinit scriptura decoros] stupeas conquire latentem *CV* I: *PHTCAN* 383 cor esse catervis] cor vivere turmis *DNΘ* cor esse catervis vivere turmis *YZ** corrui veretur humis *A* II: *FI* 385 mysteria] per mystica *WΩ* per mistica *CH*ΓΔΨΩ*♮² III: *GLKE* 388 sunt *AHT*Δ* sit *Γ**

Nolle carere fuit; quid enim substantia prodest
Quae servata perit, quam sideris arce locatam
Commodius qui cedit habet? Pete, creditor, inde
Usurae maioris opem gazasque reconde
Quo nequeant adversa pati; non deterit ullus
Perpetuas ibi casus opes; sine fine tenebis
Quod dominum debere facis. Nunc aspice partes,
Lector docte, pias et tecum mente sagaci
Volve quid esse putes rutili quod pompa metalli
Ponitur ante pedes sacris non tradita dextris.
Destitui debere probant quod tangere vitant
Calcandumque docent quod subdunt gressibus aurum;
De quo terrenae veniunt ad pectora curae
Consimili iactatur humo. Quo sistat, avare,
Mens tua disce loco: Quod tu custodĭs anhelus,
Quod statione premis, quod cernere saepius ardes,
Cuius in amplexus per somnia cuncta recurris,
Horrescunt tractare pii nec tunc quoque gestant

400—401 *cf.* Sedul. *Pasch. Carm.* IV 19—20 caeloque recondi / thensauros 400 gazas reconde] Matth. 6, 19—20; Luc. 12, 33 401 *cf.* Luc. *Phars.* VIII 627 adversa pati 403 *cf.* Verg. *Ge.* IV 2 aspice partem 405—406 metalli . . . pedes] Bed. *Ex. act. Ap.* III 6 406 ante pedes] Act. 5, 2 407—410 *cit. a* Bed. *Ex. act. Ap.* IV 37 destitui . . . humo 409 *cf.* Stat. *Ach.* I 533 veniunt in pectora 413 *cf.* Ov. *Amor.* III 8, 12 huius in amplexu

---

401 adversa] dampna ℑ 403 partes] huius allegoriae *C* modo alegoritabit ℑ 404 figura mystica *Λ* 405 quod] hoc ℑ 406 figura mystica *Θ* tradita] dedita *O* 407—408 figura mystica *O* 410 apostropham facit ad avarum ℑ

I: *PHTCAN* 403 quod] quae *CEGH*^{vl}*JLOPUΛΠΦ* quas *K*; *v. l. cr.*
II: *FI* 405 quod] quia *ADE* (quod *E*^{gl}) *GHI*^{vl}*JKLMST* (quod *M*^{ss} *T*^{ss})
III: *GLKE* *UV*^{2}*XYZ***ΓΔΛΠΦΨ* qu*a *Z*^{2} qui *V** *ut vid.* quae *P* 411 custodĭs *v. l. cr.* 413 amplexu *H*^{2}*Ry X*^{2}*Δ Θ*^{2} *Ψ*^{2} amplexis *C* (amplexus *C*^{vl})

Cum bona facta parat. Quantum speculantur in illo
Stare nefas, et dona gerens contemnitur aurum!

De eo ubi Ananias fraudavit ex pretio agri conscia uxore sua et minoris pretii venditum fuisse professi sunt atque ob hoc sunt pro falsitate puniti, cum beatus Petrus dixisset Ananiae, quare fefellisset Spiritui sancto, non esse mentitum hominibus sed Deo.

l. 4 quare = quia *Mras* Spiritui sancto] *codd.*, Spiritum sanctum *Mras*

Decidit infelix Ananias vulnere culpae
Fur census sub fraude sui. Cadit impia coniunx
Supplicio percussa pari, quia crimine ab uno
Fit commune nefas quotiens scelus ante peractum
Consensus facit esse suum. Non mentis avarae
Vindex illa fuit sententia. Denique quando
Auri cessat amor? qui pectora semper adurit,
Quo capitur mortale genus, qua pullulat omne
De radice malum, cuius violentius ardet
Ambitio crescente modo, stimulantque rapinis
Addita lucra famem. Sed quod mutata voluntas

416 *cf.* Verg. *Ae.* II 49 et dona ferentis; Soph. *Aias.* 664—665 *ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα* 417—436 *v.* Act. 5, 1—11 418 *cf.* Stat. *Theb.* XII 123 impia coniunx 419 *cf.* Verg. *Ae.* II 65 crimine ab uno 420 *cf.* Luc. *Phars.* I 6 in commune nefas; Stat. *Ach.* I 669 iam commune nefas 423—427 *cf.* Verg. *Ae.* III 56—57 auri sacra fames *et cetera*; Hor. *Carm.* III 16, 17—18 crescentem sequitur cura pecuniam maiorumque fames; Ov. *Met.* I 131 amor sceleratus habendi; Soph. *Antig.* 295—296 *ἄργυρος κακόν* 423 auri . . . amor] I Tim. 6, 10 425 de radice malum] I Tim. 6, 10 Stat. *Theb.* VI 427 truculentior ardet 427 *cf.* Claud. *De Rapt. Pros.* III 280 mutata voluntas

415 parat] aurum *C* [parant] ipsum aurum ȝ 422—423 exclamatio poetae *Λ* vox inquirentis *C* 422 sententia] petri ȝ figura mystica *Θ* 427 quod] eo quod *C* eo quia *I*

415 parant $E^2 F H^* I^* T^2 W Z^2 \Lambda \Theta^* \Omega$ ȝ para** K^2 illis $A T^*$ 419 percussa] comitante *U* 421 non] nam $C F H^2 I L T^2 T^{mg} U$ $\Lambda \Theta^2 \Pi \Psi \Omega^{vl}$ ȝ 424 quo] qui P^* qua] quia $D^* H^* X^*$.

I: *PHTCAN* II: *FI* III: *GLKE*

Falsi crimen habet cumque est iam cautio voti,
Stare decet nec velle prius violare sequenti;
Ius proprium retinere magis quam demere fas est.
Omnibus exemplum sanxit vindicta duorum,
Ne quis dona vocet quae sponsio debita poscit.
Respice, vera fides, ac dogmate clara beato
Verba require Petri: „Quisnam te fallere suasit?“
Conclusitque probans: „Homines haud talia fando
Deludis, mentite Deo.“ Quae damnat iniquos
Aedificat doctrina pios. Quod Spiritus almus
Sit Deus, ex multis plena est instructio libris;
Et tamen hinc capit arma fides; quo tendimus ultra?
Quis dubitet quod Petrus ait: „Qui iure venitis
Ad latices, hoc state loco.“ Satis hostibus obstat
Ecclesiae quod forma sonat: Divisor amare,
Iudicium de fine time! Qui criminis auctor

---

428 *cf.* Iuv. XIII 210 crimen habet Sedul. *Pasch. Carm.* II 270 cautio verbi 430 *cf.* Verg. *Ae.* XI 359 ius proprium 432 *cf.* Verg. *Ae.* VI 66 non indebita posco 435 *cf.* Verg. *Ae.* II 6 talia fando 436 *v.* Act. 5, 4 es mentitus 439 *cf.* Luc. *Phars.* I 190 quo tenditis ultra; Val. Fl. IV 519 cur tenditis ultra 440 ait] *forsitan in deperdita parte Actorum Petri*; *cf.* Luc. *Phars.* I 191 iure venitis 441 *cf.* Luc. *Phars.* VI 133 quo stare loco 443 *cf.* Verg. *Ae.* IX 748 nec vulneris auctor

---

428 cautio] scriptio *H* confirmatio *C* voti] promissionis *C* 429 prius] ipsum votum *T* sequenti] voto *C* typica figura *O* 431 explanatio *O* 432 figura mystica Θ vocet] revocet *H* 433 explanatio *O* 439 fides] catholica *C* 440 apostropham facit illis qui ad baptismum conveniunt ȝ 441 loco] ut cum patre et filio adiungamus spiritum sanctum *C* 442 typica figura *O* forma] doctrina *T* divisor amare] . . . qui male dividebant trinitatem sicut arrius ȝ

I: *PHTCAN* 433 dogmata *AJKMS²Z* Θ** docmata *EGL* beati *DEGJK*
II: *FI* *LMOS¹X*, *Θ²* *ut vid.*, *ΛΞ* 435 haud] qui *H* haut H^{vl} 436 mentire *YZ**(ri *ex* re Z^{1}) m̄tite Z^{vl} menti *N* 439 hic *G* PW* X* YΣ* Φ**
III: *GLKE* 442 avare *H* M*(m *supra* u M^{vl}) *ΦΩ*

Errorisque tui est, fusa ruit Arius alvo
Infelix, plus mente cadens, letumque peremptus
Cum Iuda commune tulit, qui gutture pendens,
Visceribus vacuatus obit, nec poena sequestrat
Quos par culpa ligat, qui maiestatis honori
Vulnus ab ore parant; hic prodidit, ille diremit,
Sacrilega de voce rei. Deus arbiter orbis
Personis tribus est, in quo simul una potestas.
Abstulit his species operum bonitate creatas,
Qui fabricatoris non inspexere decorem
Errantesque putant qui fecerit omnia factum.

De eo ubi beato Petro incedenti per medium omnes qui diversis locis adferebantur aegroti et iacebant in lectulis, sancti corporis eius umbra sanabat, ita ut ab infirmitatibus et daemonibus curarentur.

l. 4 et daemonibus curarentur] universis et a spiritibus curabantur immundis *alii codd.*

Fama ciet populos ad mystica signa salutis
E cunctis properare locis et pestibus aegros
In lectis deferre suis, quos urbis in illa
Parte locant qua sacra tenet vestigia Petrus.

444 Arius] Sedul. *Pasch. Carm.* I 300—304 Arrius . . . visceribus fusis; Epiphan. *Haeret.* 68, 6; Rufin. *Hist. Eccl.* (*PL* XXI 485) 449 *cf.* Stat. *Theb.* I 196 hic imperat, ille minatur; *infra* I 923 hic dividit, ille relinquit 450 Venant. Fort. *Carm.* app. 23, 25 arbiter orbis; *sic etiam idem. Vit. S. Mart.* II 478; Bed. *Vit. S. Cuth.* 21, 28 (*PL* XCIV 586a) Deus arbiter orbis 455—458 *v.* Act. 5, 16 458 *cf.* Ov. *Fast.* V 293 parte locant

448 maiestatis] sanctae trinitatis *C* 450 rei] culpabiles ♮ rei] sunt ♮ 451 personis tribus] in *I* 452 his] iudae et arri *T* species] partem corporis *T* species operum] formas hominum *Π* 453 qui] iudas et arrius *Π* 454 factum] $\overline{ee}$ christum qui omnia fecit *C* 455 signa] dona *T*

452 hic *AHT*WΞ* una *G** 454 fecerat *CJ*MΛ* 455 citet *P*XYZ** signa] dona *F* ♮

I: *PHTCAN*
II: *FI*
III: *GLKE*

O mihi si cursus facundior ora moveret
Centenosque daret vox ferrea, lingua diserta
Hac in laude sonos, quantum speciosior esset
Ambitus eloquii, variis aperire figuris
Singula nec modicis includere grandia verbis!
Quae fuerit rerum facies, cum tempore parvo
Morborum cecidere greges et fluxit ad omnes
Improvisa salus, quam corpore fusa sereno
Luminis umbra creat, dubiaque a morte remoti
Erexere caput! Sed non deprendere visu
Auctorem potuere boni, quibus ardua virtus
Occultat quam praestat opem, resque ante paratur
Quam spes ulla foret, furtivaque praemia vitae
Dat medicina latens, et anheli corporis aestus
Ignaro languente rapit, quam nescit adesse

459—463 *cf.* Verg. *Ge.* II 40—44 o decus . . . non, mihi si linguae centum sint . . .; *sic etiam* Verg. *Ae.* VI 625—627; Sil. Ital. IV 525—526 non, mihi . . . si gloria linguae, centenasque . . . voces; Ov. *Met.* VIII 533 non mihi si centum . . . ora; Pers. *Sat.* V 1 mos est, centum . . . poscere voces; Ov. *Fast.* II 119—120 nunc mihi mille sonos . . . vellem; Claud. *Pan. Prob. et Olyb. Cons.* 55 non mihi centenis . . . si vocibus 459 *cf.* Verg. *Ae.* VIII 560 o mihi . . . si 460 *cf.* Alcim. Avit. *Poem.* III 335 (*MGH* Auct. ant. VI 2, 233) non cui vel centum linguae vel ferrea vox est 462 eloquii] *cf.* Venant. Fort. *Vit. S. Mart.* I 23 fa-cundo eloquio sulcavit vates Arator 467 umbra] Act. 5, 15 *cf.* Iuv XII 58 a morte remotus; Stat. *Theb.* X 379 a morte remissos 468 *cf.* Val. Fl. I 464 deprendere visu; Sil. Ital. III 408 visu comprendere 469 *cf.* Ov. *Ar. am.* II 537 ardua virtus; *sic etiam* Luc. *Phars.* IV 576; Stat. *Theb.* X 845; Hor. *Carm.* III 24, 44 virtutis . . . arduae

459 optatio poetae *C* 460 periphrasis ȝ 461 parenthesis ȝ hac] petri *C* 464 admiratio poetae *C* quae] quanta *C* 465 acy-rologia ȝ 466 corpore] petri ȝ 467 synecdoche ȝ 469 boni] salutis ȝ virtus] beati petri ȝ 470 paratur] sanabantur ȝ 471 fur-tiva] latentia ȝ 473 apostropham facit ad illos qui ad baptisma veniunt *I* rapit] medicina ȝ quam] medicinam ȝ

I: *PHTCAN* II: *FI* III: *GLKE*

459 fecundior PT^2V 460 darent $ACT^*V^*X^*Y$ deserta $G^*V^*YZ^*\Theta^*$ 464 fuerat N^* fuerint $I\Theta^*$ 470 quam] q; *P* qd (d *ex* uae *ut vid.*) Z^*

Qui venisse probat, crescitque potentia facti
Agnitione carens; cuius splendoris imago
Omnia pervolitans tactuque nocentia mundans
Stat donis fugitiva oculis et munere plenos
Linquit ubique toros hostesque a sensibus atros
Proicit ac nebulis larvalibus exuit artus.
I citus et curas hominum de calle frequentans
Excute, Petre, gradus; tecum medicina salutis
Ambulat; adde viam; spes est ad gaudia velox
In pedibus non esse moram; tua semita vita est;
Si properas, iam nemo iacet; tu motibus umbrae
Corpora cuncta levas; atque hoc simul inscia voti
Sumit turba tacens quod, cum rogat, accipit unus.
[Omnibus ergo salus uno poscente venibat.]
Quaerite, quos agitat tanti reverentia facti,
Quid typicum res ista ferat, librisque volutis
Noscite quod soli cessa est haec gloria Petro,
Quaeve sub hac specie lateant documenta videte;
Quae temptabo loquens, et si datur ista facultas,
Aridus ut magnas impellat rivulus undas:
Rursus ab antiquis veniunt miracula causis;

---

479 *cf.* Ov. *Met.* IX 268 exuit artus; Act. 5, 15 liberarentur ab infirmitatibus suis 480—481 *v.* Act. 5, 15 481 *cf.* Ov. *Trist.* II 269 medicina salutem; Verg. *Ec.* X 60 medicina furoris 482 *cf.* Ov. *Ex Pont.* I 2, 121 ad praemia velox; Claud. *In Rufin.* I 240 ad facinus velox 485 *cf.* Ov. *Met.* X 481 nescia voti 486 *cf.* Claud. *In Eutr.* I 486 accipit unum 488 *cf.* Luc. *Phars.* I 417 quaerite, quos agitat 492 temptabo loquens] *infra* II 993 evolvere versibus

---

474 qui] aeger *T* venisse] eam ȝ probat] adfirmat ȝ 475 cuius] petri ȝ 477 stat donis] manet in donis petri *T* oculis] ab ȝ 480 poeta *M* figura mystica *G* 485 hoc] gaudium sanitatis *T* 488 expositio *CH* 490 metaphora *T* aphaeresis *H* 492 et] videte *I*

---

479 larvaribus *codd.* praeter $FIT^2WX^2\Gamma\Delta\Theta\Xi\Pi\Psi^2\Omega$ ȝ 480 i I: *PHTCAN* citus / ictus *PZ* (cit *supra* ic Z^{vl}) c *in ras. T* iactus *Y* 483 post II: *FI* 484 *N* 484 *om. D** 486 iacens *FHI* 487 *om. codd. praeter* III: *GLKE* $DG^{mg}O^{mg}S^2\Xi^1\Pi$ 489 gerat *HI* (ferat $H^{ss}I^{ss}$) *V* feret *P* fuerat *A*

Firmior in cunctis capitur substantia rerum
Corpore sensa suo; sequitur quae corpore certo
Funditur et solidam non terminat umbra figuram,
Sed tamen ipsa sibi praecedere corpora signat.
Ecclesiam terris colimus, quam prodere nullos
Aethéream dubitasse licet, sed verior illa est
Quae super astra manens caelestis et alta vocatur.
Haec, in transcursu dubii quae cernitur orbis,
Ad vitae datur esse viam spatioque sub isto
Destinat aeternae quos colligit, atque probatis
Hinc iter est excelsa sequi. Regit agmen utrumque
Petrus et hinc ductis sorti dat sidera turmis
Ut patuit per verba Dei: „Quod solveris“ inquit
„Quodque ligas terris sic vinctum sive solutum
Aethere perdurat.“ Culta haec quam cernimus arvis
Ergo figura foret; firma est quam nubila gestant.
Petrus utramque regens ibi corpus et hic parat umbram,

---

497 umbra] Act. 5, 15 505—509 regit . . . perdurat] Matth. 16, 19 505 *cf.* Ov. *Met.* XII 467 agmen utrumque 510 *cf.* Verg. *Ge.* IV 196 nubila librant

---

495 firmior] quam umbra *C* cunctis] rebus *C* substantia] natura ℶ figura mystica Θ 496 sensa] dum sentitur ipsa substantia *C* quae] umbra visibilis *I* 498 ipsa] umbra ℶ 499 mystica *Z* prodere] significare ℶ 500 aetheriam] caelestem ℶ 503 spatio] praesentis temporis *T* 509 haec] ecclesia ℶ 511 utramque] terrenam *et* caelestem ℶ

I: *PHTCAN* II: *FI* III: *GLKE*

496 corpore sensa] corpora sensa $AT^*\Theta^*$ quae] que $IL^2\Delta\Sigma$ q; $J^*P\Gamma$ que a $CDE^*FT^2WY\Delta^2$ (quae E^2) et que a N quae a $E^2GH KMOSU\Theta\Lambda\Xi\Phi^2\Psi\Omega$ q a A qua ℶ 499 nullos] nullus H^* *ut vid.* $L^*P^*T^*YZ^*\Gamma\Xi$ nullum $CFI^*T^2W\Theta^*$ nullis DI^2, P^2 (?), S^*UXZ^2 $\Lambda\Theta^2\Xi^2\Pi\Phi$ ℶ[ב] nulli $\Psi\Omega$ 502 transgressu $GW\Lambda$ 503 ad vitae . . . viam] ad vitam . . . via $CEGJKLM^2OS^2\Lambda\Xi\Omega$ datur esse] est scansura H^* *ut vid.* scansura est Ψ^2 esse] isse M^* isto] ipso $GU\Xi\Psi^*\Omega$ 504 aeternis KZ^2 506 dictis YZ^* doctis $AS^*\Xi^*$ 508 sic] sit I(sic I^{vl}) si H^* sine G^*(sive G^2) 509 culta] culpa Z^* cuncta I^*N(culta N^{ss})$WX^{vl}\Phi^2$ cunta F quam] quae $IW\Lambda$ quem ℶ* 511 regens] gerens AT reges Λ

Ut quos hic vitiis noxisque resolverit aegros
Innocui ducantur ei quae permanet astris,
Susceptura pias hac emundante catervas.

De eo ubi zelo Iudaeorum omnes Apostoli, ne praedicarent, in carcerem sunt detrusi; quos angelus nocte produxit; qui mane ostiis clausis custodibusque ibidem positis in templo magis quam in carcere sunt reperti.

Interea templi zelo mordente priores
Ecclesiam crevisse dolent animaeque colonos,
Ne spargant quod corde metant, in sede relegant
Carceris, ut desint nascenti sarcula messi.
Angelus adveniens tenebrosa volumina noctis
Reppulit, et subito micuerunt astra sereno,
Erumpensque dies alieno tempore sanctos
Ad templum facit ire viros; sed cardine fixo
Irrita signato custodia permanet antro,
Stansque suis foribus vallante crepidine carcer
Clausus apostolicis vestigia pandit aperta
Gressibus, et vigiles illudit ianua fallax.

515—526 *v.* Act. 5, 17—21 517 relegant] Act. 5, 18 posuerunt 518 *cf.* Iuv. III 311 sarcula desint 519 *cf.* Stat. *Theb.* I 351 tenebrosa volumina; *sic etiam* Iuvenc. *Hist. Ev.* I 213 520 *cf.* Luc. *Phars.* I 530 fulgura . . . micuerunt crebra sereno; Hor. *Epod.* 15, 1 caelo . . . sereno astra] *infra* I 1019 angelus astra ferens 522 *cf.* Verg. *Ae.* VII 621 cardine verso 525 *cf.* Verg. *Ge.* II 258 pandunt vestigia

513 ei] caelesti ecclesiae ℨ 514 hac] praesenti ℨ ecclesia terrena *I* 520 subito] repente *C* [atra] tenebrosa .oca *C* obscura loca *F* loca Θ nigra *T* interiora *I* sereno] de serenitate *C* 523 antro] carcere *C* 524 crepidine] ambitu carceris ℨ

512 ut] et *AEGJKLOΛ*, [.]t *M* 513 ducatur *I** ducuntur I: *PHTCAN* *C*²*EGJLM*ˢˢ*NOΛ* dicantur *H** 517 religant *C*KPS*YZ** (e *ex* i II: *FI* *Z*²; relegant *Z*ᵛˡ)*Ξ** relegunt *Θ*² 520 atra *ACDEFGH*²*KL*M*² III: *GLKE* *SU*WX*²*ΓΘΠ*²*Σ*Φ*ℨ* antra *IJL*²*NOTU*²*ΔΛΣ*²*Φ*ˢˢ*Ψ*Ω*ℨ*²; *cf. Font. a. h. l.* 526 illudet *AY*

O numquam neglecta fides! cui subiacet illud
Quod natura negat, propriis quam legibus uti
Non sinit Omnipotens, quotiens iubet ipse vicissim
Posse quod insolitum fieri mirata perurget.
Si quis adhuc fragili meditatur pectore Thomam,
Hinc documenta petat: Quia tunc penetrata recepit
Ianua clausa Deum, mirum est si corpore portam
Sic adeat quem virgo parit, quem viscera matris
Integra concipiunt? Humanam quae, rogo, carnem
Sumere causa fuit nisi suscitet? Inde reversus
Exhibuit pro teste latus nostrique favillas
Corporis exemplo proprii docet esse novandas,
Vulneribus sua membra probans. Modo, Dīdyme, discis
Quam fuerit dubitasse nefas an fecerit Auctor
Quod vobis licuisse vides; si volvere sensu
Cura subit quod Christus ait, non indiga vocis
Est species cur has sancti liquere tenebras.
Dixit opima parans hos luminis esse ministros
Et candelabri positas velut arce lucernas
In tota fulgere domo; nox nulla retentat

---

528 *cf.* Sedul. *Pasch. Carm.* IV 8 natura negat 531 Thomam] *v.* Ioh. 20, 24—29 532–533 penetrata . . . Deum] Ioh. 20, 19 537 exhibuit . . . latus] Ioh. 20, 27 541 *cf. infra* II 646—647 vos / ignotos . . . licet 542 *cf.* Sil. Ital. I 327 cura subit 544—546 hos . . . domo] Matth. 5, 14—16

---

527 o numquam] vox poetae cum admiratione CH 528 quod] quod natura contradicit corpus intrare per clausum ostium ℑ 529 ipse] omnipotens C 530 mirata] natura E 533 mirum est] utrum mirandum C 534 quem virgo] christum Maria C 539 aphaeresis T 541 vobis licuisse] ut exiretis a carcere ianuis clausis ℑ volvere sensu] excogitari ℑ 542 vocis] narrationis E 543 species] figura H figura mystica Θ 546 figura mystica O vox interrogantis C

I: *PHTCA* 530 quid $H^2J^2W\Delta\Omega$ℑ 531—533 *om.* T^* 531 quis] quid
II: *FI* H(quis H^{vl}) que A Thomam] portam A, *cf.* I 533 532—533 *om.* A
III: *GLKE* 539 dicis P^*Y discet Ξ 543 tenebras] latebras $ADEGH^{vl}MOS$ $T^*XYZ\Delta\Theta\Sigma\Phi$ℑ 544 parens $L^*\Delta^*\Theta^*$ ferens I^*W^*

Quos lumen lux ipse vocat, qui dona ferentem
Et testem meruere Deum qua lege cavernis
Occulerit locus ille suis tot in ordine soles,
De quibus, ut tenebras pulsis erroribus orbis
Vinceret, aeternam meruit cognoscere lucem.

De eo ubi septem diacones ordinati, inter quos Stephanus est electus, cum dixissent Apostoli oportere se verbo magis praedicationis insistere quam mensis populo ministrare.

l. 3 mensis] mensas *Mras*

Iura ministerii sacris altaribus apti
In septem statuere viris, quos undique lectos
Levitas vocitare placet. Quam splendida coepit
Ecclesiae fulgere manus quae pocula vitae

552—556 *cit. a* Bed. *De Art. Metr.* (Keil. *Gramm. Lat.* VII 244, 2—6) iura . . . agni 552—553 *cit. ab* Aldhelm. *De metr. et enigm.* II (*MGH* Auct. ant. XV 71, 1—2) iura . . . viris] Act. 6, 1—6 552 Venant. Fort. *Carm.* I 14, 3 altaribus aptus; Bed. *Hymn.* II 110 (*PL* XCIV 608d) altaris munia sacri 553 septem] *de figura cf.* Apoc. 1, 4; 1, 11; 1, 20 *ecclesiae*; *cf. ibid.* 1, 12; 1, 13; 1, 20 (*bis*); 2, 1 *candelabra*; *cf. ibid.* 1, 20 (*bis*); 2, 1; 3, 1 *stellae*; *cf. ibid.* 4, 5 *lampades*; *cf. ibid.* 1, 4; 3, 1; 4, 5; 5, 6 *spiritus*; *cf. ibid.* 5, 1; 5, 5; 8, 1 *sigilla* (*signacula*); *cf. ibid.* 5, 6 *oculi*; *cf. ibid.* 5, 6 *cornua*; *cf. ibid.* 8, 2; 8, 6; 10, 7; 11, 15; 15, 6; 15, 8; 16, 1; 17, 1; 21, 9 *angeli*; *cf. ibid.* 8, 2; 8, 6 *tubae*; *cf. ibid.* 10, 3; 10, 4 (*bis*) *tonitrua*; *cf. ibid.* 11, 13 *milia*; *cf. ibid.* 12, 3 *diademata*; *cf. ibid.* 12, 3; 13, 1; 17, 3; 17, 7; 17, 9 *capita*; *cf. ibid.* 15, 1; 15, 6; 15, 8; 21, 9 *plagae*; *cf. ibid.* 15, 6 *zonae*; *cf. ibid.* 15, 7; 16, 1; 21, 9 *phialae*; *cf. ibid.* 17, 9 *montes*; *cf. ibid.* 17, 9 *reges*; *cf.* Maxim. Taur. *Serm.* CVII *passim* (*PL* LVII 743—746); *idem. De Cap. Ev. Ex.* XXII (*PL* LVII 829b—c) statuere] Act. 6, 3 constituamus

548 vox quaerentis *T* et] etiam *I* 549 soles] apostolos ℑ 551 meruit] ille locus *C* 553 statuere] constituerunt *I* apostoli ℑ 554 levitas] diaconos ℑ quam splendida coepit] vox poetae ℑ 555 manus] ministerium diaconatus *C* multitudo *I* ℑ operatio ℑ metonomia *T*

547 ipsa *CGKL** (a *del.* L^2) $M^2\Lambda\Xi$ℑ* 549 occulerit] occuleret I: *PHTCA* *CDJORyUW*$\Gamma^2\Theta^2\Lambda^2\Pi\Sigma\Phi\Omega$ℑ ocelerit *ALXYZ** oculeret $FZ^2\Delta\Psi$ II: *FI* 551 aeternum . . . lumen *FI* 553 viros *CJY* III: *GLKE*

Misceat et latices cum sanguine porrigat Agni!
Hoc numero delatus honor sublimia secum
Sacramenta gerit, per quae nunc longius ire
Non patitur mensura viae, ne plura locutus
Inveniar dixisse minus. Sit cura ministris
Officium librare suum, quo laudis amictu
Hunc deceat lucere chorum, quem mysticus ordo
Consecrat in numero cui dant caelestia formam.
Promissum servabo modum. Venerabilis orbi
Coetus ait: „Verbi potius nos convenit omnes
Quam mensae captare cibos.“ O gloria dives
Oris apostolici, numquam permittere plebem
Virtutum sentire famem! Dispersa talenti
Crescere summa solet; commissa pecunia linguae
Displicuit cum sola fuit. Locus indicat iste
Quod meliora rudi populo sint fercula mentis
Quam fusae per membra dapes lateque peritum
Nutriat ingenium verbi pinguedo superni.
Nam quid corporeae prosunt alimenta saginae
Esuriente anima? cuius ieiunia pasci
Semper ab ore decet, mensam ut tendamus ad illam
Uberibus verbis ad quam conviva recumbit

559–560 *cf.* Sedul. *Pasch. Carm.* I 276 plura referre pudet; Prud. *Cont. Symm.* I 657 (*PL* LX) sed iam tempus iter longi cohibere libelli 564 *cf.* Verg. *Ae.* X 502 servare modum Venant. Fort. *Carm.* II 8, 9 venerabilis orbi; *sic etiam ibid.* VIII 3, 321 565—566 verbi . . . cibos] Act. 6, 2 570—572 *cit. a* Bed. *Ex. act. Ap.* VI 2 locus . . . dapes 575 *cf.* Ov. *Met.* IV 263 ieiunia pavit 577 Mart. III 30, 1 conviva recumbis

557 numero] septenario *C*ʒ 558 sacramenta] mysteria ʒ 562 chorum] levitarum *C* pecunia linguae] sapientia verbi *I* 564 redit ad narrationem ʒ orbi] omni mundo *T* 569 commissa] a deo data *I* pecunia linguae] verbi *I* 571 figura mystica *O* Θ 577 conviva] christus *C*

I: *PHTCA* 557 hoc] huic *Mras* 562 nunc *A C* 564 servando *H*M*(abo
II: *FI* *M*^{vl})*Π* 572 late] laute *AH*K*^{2}*T*U* late* *G*^{2} 574 prosint *GKM**
III: *GLKE* *PV*^{2}*Z*^{2}*ΓΔ* 576 docet *L*^{2}*Y*

Qui vestis candore nitet, ne fulcra beata
Deserat abstractus quisquis deformis ad illam
Eloquio sordente venit; ferat esca salutem
Progrediens de pane poli; gula pectoris ipsum
Ambiat, atque animi pleno gustare palato
Interior festinet homo; ne vilior esset
Causa relicta tamen, claris tractanda ministris
Creditur et numerum tenuit pretiosa supernum.

De eo ubi sanctus Stephanus, qui primus martyr effectus est, a Iudaeis lapidatur, pro quibus etiam ut eis ignosceretur orabat. Qui caelos apertos aspiciens Filium hominis a dextris Dei stantem videre se dixit. Quem cum lapidarent persecutores, ad Sauli pedes sua vestimenta posuerunt.

Emicat hinc Stephanus, primus qui in agone coronam,
Nominis heres, habet, de quo praenuntia palmae
Vox cecinit quod causa dedit. Sere proelia, martyr,
Felices habitura neces, ubi gloria poena

579 deserat abstractus] Matth. 22, 11—14 581 pane poli] Ioh. 6, 32 582 *cf.* Ov. *Fast.* IV 533 gustasse palato; *idem Trist.* IV 1, 31 gustata palato 584 *cf.* Claud. *Carm. min.* 40, 10 (*Loeb.*) causa relicta 586–623 *v.* Act. 6, 5—7, 60 586—587 *cf.* Prud. *Dittoch.* 44 (45) o primae pietas miranda coronae! 586 *cf.* Verg. *Ae.* XII 728 emicat hic; Isid. *Et.* VII 11, 3 *infra* II 1235 in agone 587 *cf.* Ov. *Met.* VI 239 nominis heres; *sic etiam ibid.* XV 819; Claud. *Epith. de Nupt. Hon. Aug.* 39 Verg. *Ae.* XI 139 praenuntia luctus

581 de pane] de christo ℶ gula pectoris] vocat animam ℶ 582 ambiat] cupiat *C* ℶ 583 ne vilior] ne vile putaretur ministrare pauperibus *C* 584 causa] administratio mensae *C* relicta] apostolis *C* ministris] vii diaconibus *C* 585 pretiosa] illa causa ℶ supernum] septenarium ℶ 587 quo] stephano *C* 588 vox] nomen quod stephanus vocabatur *I* quod] coronam ℶ causa] martyrii *C* apostropham ad ipsum martyrem *C*

584 tactare *I** tradenda *Δ* tractata *H*(n *ut vid. supra* at H^2) tractare I^2T^* 586 primus qui in agone] primus in agone *AE* qui primus in agone *Δ* in *del.* $Δ^2$

I: *PHTCA*
II: *FI*
III: *GLKE*

Et cadere est ortus iugulisque parantibus aevum
Nascitur aeternae complectens munera vitae.
Vitae principium fuit en sine fine beatae
Sic meruisse mori. Lapides, Iudaea rebellis,
In Stephanum lymphata rapis, quae crimine duro
Saxea semper eris. Hunc denique Christus adoptat,
Ad quem miles ovans, per vulnera sacra vocatus,
Sanguine fecit iter cupiensque in praemia victor
Hac properare via nivei metitus honorem
Callis ad excelsi pergit fastigia regis
Et per tot lapides petrae coniungitur uni.
Quis furor iste novus, nulli feritate secundus,
Parcere nolle pio! Vibrantibus acta lacertis
Saxa iacis; parat ille preces nec respicit unde
Grando nefanda cadat, qui tempore mortis amicae
Pro populo peccante rogat. Licet omnia tecum
Tela feras silicesque graves et pondera libres,
Quem perimis victurus erit, qui fine colono
Seminat exemplum quo surgat vinea Christi
Et calicem Domini convivia festa coronent.

---

591 *cf.* Iuvenc. *Hist. Ev.* II 229 munera vitae; *sic etiam ibid.* II 769; *ibid.* IV 346 592 Bed. *De die iudicii* 156 (*PL* XCIV 638a) sine fine beatam 593—595 *cit. a* Bed. *Ex. act. Ap.* VII 58 lapides . . . eris 593—603 *de significatione Stephani mortis cf.* Chrys. *In act. Ap.* Hom. XVIII 4 (*PG* LX 146) 593 lapides] Act. 7, 56—59 600 *v.* Act. 7, 58 lapidabant 601 *cf.* Verg. *Ae.* V 670 quis furor iste novus; Sil. Ital. XI 66 nullique furore secundus 602 *cf.* Ov. *Met.* IV 707 sudantibus acta lacertis 603 preces] Act. 7, 59 invocantem 606 *cf.* Claud. *De Rapt. Pros.* I 178 et pondera librat 609 *cf.* Mart. IV 55, 17 convivia festa Verg. *Ae.* I 724 vina coronant; *idem Ge.* II 528 cratera coronant

---

590 parantibus] praeparantibus $CFH\Theta\Pi$ 591 apostropham facit ad iudaeam ℨ nascitur] martyr ℨ 600 uni] christo ℨ 609 metonomia H convivia] multi martyres ℨ

I: *PHTCA* 590 parentibus $LM^*PSYZ\Delta^*\Theta^*\Xi\Phi\Psi^*$ (a *ex* e Ψ^1; e *supra scr.* Ψ^2) preparentibus X^* patrantibus HV^* parentum Y 592 *repert. in*
II: *FI* *codd.* $C^2DE^2F^2GK^2L^2MOS^{mg}U\Gamma^2\Theta^2\Lambda\Xi\Omega$ *post* I 596 Ξ 604 qui] cum Ψ ℨ quum M 607 fine] sine P 609 coronent] coronant $\Theta^2\Xi^2$
III: *GLKE*

Lumina cordis habens caelos conspexit apertos,
Ne lateat quod Christus agat. Pro martyre surgit,
Quem tunc stare videt, confessio nostra sedentem
Cum soleat celebrare magis; caro iuncta Tonanti
In Stephano favet ipsa sibi; dux praescius armat
Quos ad dona vocat; ne quīs hic dimicet anceps,
Corpus in arce Dei patuit pro munere testi.
Ad Sauli posuere pedes velamina saevi,
Infernum quod Hebraeus ait. Iam constat utrisque
Hinc meritum sentire suum cum sidera martyr,
Carnifices inferna petunt. Sors prima revelat
Exemplumque creat quod talia bella gerenti
Hoc de fonte fluit, sic occidentibus ut mox
Tartara succedant, morientibus astra patescant.

Deo eo ubi beato Petro et Iohanne manum imponentibus in Samaria baptizatis cum Spiritus sanctus superveniret, Simon, qui iam fuerat baptizatus, post magus pecunias obtulit, ut hoc facere posset. Qui beato Petro est increpante confusus quia cor eius in felle et amaritudine teneretur.

---

610 caelos . . . apertos] Act. 7, 56 617 Sauli] *i.e.* sheol 618 infernum] Hieron. *De Nom. Heb.* (*PL* XXIII 850) Saul . expetitus, sive petitio 621 *cf.* Claud. *In Eutr.* I 298 exempla creantur

---

610 cordis habens] quia mente vidit eum non corpore *C* 612 quem] christum *C* videt] stephanus ℑ 613 caro] christi ℑ Tonanti] deo ℑ 616 pro munere] pro remuneratione ℑ testi (testes)] martyri stephano ℑ 617 figura mystica *O*Θ 618 utrisque] stephano et iudae ℑ stephano et paulo *C* 619 hinc] ex martyrio ℑ 622 fluit] manat venit *I*

---

611 quid *AEFJKLO*²*PTUXYZ*Θ*Λ*Σ*Φ*ℑ, *v. l. cr.* surgat *AKT** I: *PHTCA* 612 videt] vidit *CT*² debet *Y* 614 fovet *X***YZ** 616 testis *J* II: *FI* *ut vid.*, *T**Ωℑ 618 infernum] *cf.* I 620; *v. l. cr.* 622 fluit] manat III: *GLKE* *CH* (fluit *H*^{vl}) *PVXYZ***Γ*Π, *v. l. cr.* fuit *A** fluat *O*Ω

Saepe sibi socium Petrus facit esse Iohannem
Ecclesiae quia virgo placet; quo denique iuncto
Sāmarĭae vicina petens baptismatis undis
Ablutas signavit oves, quibus adfuit almus
Spiritus et varias fecit procedere linguas.
Fonte quidem lotus sed non in pectore mundus,
Hic fuerat Sĭmŏn ille magus, quem prodidit orbi
Poena sequens nescisse fidem; contractibus auri
Munera vult aequare Dei nummisque referre
Quod pretio mercator emat. Quem talia Petrus
Attemptare videns, „Quisnam te, perdite," dixit
„Movit ad ista furor? Domini quod gratia donat
Ut venale putes? sensu hoc, non sumitur auro,
Nec licet ut caelum corrupta pecunia quaerat,
Quam terrae scrutator amat; tibi nulla profecto
Hac superest in sorte quies, nec ad ista venire
Tu poteris, pollute dolis, qui cordis amari
Felle tumens aliena petis; namque atria mentis
Spiritus illa subit quae simplicitate nitescunt."
Hac de voce sacrae lux est manifesta figurae:

624—625 *cit. a* Bed. *Ex. act. Ap.* VIII 14 saepe . . . placet 624—628 *v.* Act. 8, 14—17 625 virgo] Acta Iohannis 113; Hieron. *In Isa.* XV 56 (*PL* XXIV 561 c) 626 *cf.* Luc. *Phars.* VI 268 vicina petens; Sedul. *Pasch. Carm.* IV 43 Bethaniae vicina petens 629—642 *v.* Act. 8, 9—24 630 Simon] Act. 8, 9; *Acta Petri* V 635 *cf.* Claud. *De Quart. Cons. Hon.* 283 gratia donat 640 *cf.* Sil. Ital. XI 321 polluta dolis

---

625 ecclesiae] sponsae christi *I* virgo] virginitas alicuius ℑ quo] iohanne ℑ 628 fecit . . . linguas] fecit illos loqui variis linguis ℑ 631 contractibus] coadunationibus et multitudinibus ℑ 636 sensu hoc] mente bona et perfecta *C* 638 scrutator] servator *et* amator ℑ 643 figura mystica Θ voce] petri ℑ figurae] allegoritat *I* ℑ

I: *PHTCA* 624 Petrus facit] Petrus fecit *CV* fecit Petrus *H* 625 quo] quod
II: *FI* munere *Y* qu* munere *Z** (quo Z^2) qđ *AP** (qo P^2) 630 Sĭmŏn *v. l. cr.*
III: *GLKE* Ep. ad Fl. 2; *cf. etiam v.* 663 Sĭmŏn 632 deo *XYZ** 636 ut = quomodo *Mras* 638 scrutator] servator *FI* (scrutator I^{ss}) 643 lex *C* H**

Ecclesiae speciem praestabat machina quondam
Temporibus constructa Noe, quae sola recepit
Omne genus clausisque ferens baptismatis instar,
Cum vaga letales pateretur turba procellas,
Ad vitam convertit aquas. Simul ipsa columbam
Diluit et corvum, sed non concordia mentis
Fecit utrosque pares; hunc guttura plena rapinae
Subduxere viae cupiensque in funere pasci
Nil potuit vitale sequi; redit ales amica
Frugibus et nullis succumbit naufraga lymphis,
Nutriri de morte timens, studioque laboris
Dat documenta pii, quanto teneatur amore
Plus operi devota fides, rostrique modesti
Pignus oliva fuit; dilectio semper in ore
Fructum pacis habet; volitant in fluctibus ambo
Ex uno sanctoque sinu servantis in alvo
Purgati vallante freto; tamen exsulat unus
Et reditu cessante perit; non ergo saluti
Sufficit unda lavans nisi sit sine felle columba
Qui generatur aquis. Sĭmŏn hic baptismatis undam
Contigerat, sed corvus erat sua lucra requirens,

644—663 *v.* Gen. 8, 6—11 648—649 columbam . . . corvum] Sedul. *Hymn.* 1, 104 discedant corui, sola columba redit; Prud. *Dittoch.* 3 columba refert . . . / corvus . . . / haeserat 655 *cf.* Sil. Ital. III 65 tenebat amore 656—657 rostri . . . oliva] Gen. 8, 11; Prud. *Dittoch.* 3 ore columba refert . . . olivae 659 *cf. infra* II 151 in alvo; *sic etiam* Verg. *Ae.* II 401 662 *cf.* Mico, *Neniae* 39, 5 (*PLAC* III p. 312) sine felle columbae; Sedul. *Pasch. Carm.* II 171 per volucrem / quae felle caret 663—666 Simon . . . solet] Act. 8, 13 664 corvus] *de volatu Simonis cf. Vit. Petri* IV; XXX—XXXI

644 figura mystica *O* 646 clausis] hominibus *T* 648 ipsa] machina *C* archa *vel* machina ℶ aqua *Π* procella *vel* arca *T* 649 diluit] purgavit . salvavit *H* 651 viae] a via *I* 653 frugibus] quia his vescitur *Λ* 660 purgati] illi salvati ℶ 663 hic] simon de quo loquimur *T*

656 opera PZ^2 rostris $BP\Lambda^*$ 658 fructus MOS^2

I: *PHTCA*
II: *FI*
III: *GLKE*

Quae numquam meruere Deum, qui limine templi
Vendentes arcere solet. Meliora sequamur!
Petrus ad ista vocat, qui filius esse columbae
Dicitur ore Dei meritoque hac matre creatus
Ecclesiae sublimat opus; de munere prolis
Nomen habet genetrix, quod Spiritus eligit almus,
Alitis innocuae dignatus imagine cerni.

De eo ubi angelus dixit Philippo ire obviam spadoni et thesaurario Aethiopum reginae admonitusque se propinquavit ad currum. Quem mox levavit eunuchus, qui legebat Isaiam ad locum in quo de Christi praedixit nativitate et passione. Cui cum evangelizasset, iussa aqua repetiit baptizari.

Angelus alloquitur plenum virtute Philippum
Australem celebrare viam, qua spādo iugatis
Aethiopum pergebat equis, qui fidus in aula
Reginae servabat opes; volat axe citato
Gaudia fixa petens curruque merebitur ipso
Errorum iactare rotas. O quanta bonorum
Semina percipies qui tam pretiosa lavacri

666 vendentes] Marc. 11, 15 *cf.* Verg. *Ae.* III 188 meliora sequamur 667 filius . . . columbae (Barjona)] Matth. 16, 17; *sic etiam* Hieron. *De Nom. Heb.* (PL XXIII 884) 669 *cf.* Stat. Silv. I 1, 23 munere prolis; *sic etiam* Iuvenc. *Hist. Ev.* I 49 671 alitis] Matth. 3, 16; Marc. 1, 10; Luc. 3, 22; Ioh. 1, 32 672—707 *v.* Act. 8, 26—40 675 reginae] Plin. *Nat. Hist.* VI 186 (*Loeb.*) Iuv. I 60 pervolat axe citato; Venant. Fort. *Carm.* III 17, 3 volat axe citato; Bed. *Vit. S. Cuth.* 11, 13 (*PL* XCIV 582b) sub axe volarat

666 hortatio poetae ȝ 673 celebrare] frequentare *G* 675 volat] metaphora *T* axe citato] sinedochichos a parte totum *C* synecdoche ȝ 676 ipso] spado *H* 676—677 per rotam intelleguntur errores ȝ 677 apostropham facit ad ipsum spadonem ȝ

I: *PHTCA*
II: *FI*
III: *GLKE*

673 celerare E^2HJK^2, L^2 *ut vid.*, $M\Gamma^2\Delta\Theta^2\Lambda\Pi\Phi^2\Psi$ quam *FH* *IP*TVXYZ*$\Gamma\Pi\Phi$ ȝ quo *G* 674 pergebat] torrebat *I** 676 ipse *HW*

Sumere dona venis sterilique in corpore condis
Quod fructu meliore metas! Impone Philippum,
Cor oris quod Hebraeus ait, qui mentis honorem
Nomine teste probat; iuvat hunc audire Magistrum
Discipuli quia iure docet; dabit ipse prophetae
De quo verba sonent, cumque omnia fecerit olim,
Qua fuerit nunc parte satus, si credulus audis,
Et tibi nascetur, tuque inde renascĕris illi.
Conspectis properanter aquis ardescere coepit
Eunuchi fecunda fides, qui gurgite mersus
Deposuit serpentis onus plaustroque cucurrit
Heliae meditatus iter. Non parva figurae
Causa sub obscurae regionis imagine lucet:
Comprobat Omnipotens taedarum foedere Moysen
Aethiopam sociasse sibi, quem dogmata produnt
Postea cum Domino vicinius ore locutum.

---

681 cor oris] lampadis os Arntz., *cf.* Hieron. *De Nom. Heb.* (*PL* XXIII 892) Filippus . os lampadarum; Bed. *Ex. act. Ap.* VIII 35 os lampadis; Isid. *Et.* VII 9, 16 Philippus os lampadarum, vel os manuum 682 *cf.* Ov. *Ex Pont.* II 1, 56 numina teste probent 691 sub . . . imagine] Bed. *Ex. act. Ap.* VIII 27 692—694 *cf.* Iuvenc. *Hist.* IV 15 Moysea, qui legum posuit praecepta, iubere 693 Aethiopam] Num. 12, 1 694 *cf.* Verg. *Ae.* IX 5 ore locuta est

---

681 Hebraeus] hebraeus interpretatur testis *C* 682 teste] interpretatur os lampadis *C* 683 prophetae] isaiae *C* 684 quo] propheta *C* deo ℶ sonent] loquantur ℶ 685 fuerit] christus ℶ parte] in bethlehem *C* 686 nascetur] christus ℶ 687 conspectis] modo redit ad narrationem *Π* 689 onus] peccatum ℶ plaustro] curru igneo *T* cucurrit] philippus *T* 690 allegoriae ℶ 692 figura mystica *G* 694 pleonasmos *C* perisologia *C*

---

680 quod] quid *A* 681 cor oris] oris cor *AEGJKLMOT*² I: *PHTCA* *WXΔΘΛΞΣΨ* lampadis os *UΦ*,Ω² *in ras.*, cor oris cor *T** 683 quia] II: *FI* quo *P** (i *ex* o *ut vid.* *P*²) qui *GP*²*S** 684 sonant *FHOUWX* III: *GLKE* *ΛΞΠΣΦΨΩ*ℶ; *v. l. cr.* 686 renascĕris, *v. l. cr.* 690 metitus *FIT*² *WΔΞ*²*Φ*ℶ meditus *YZ** 692 omnipotens] eptaticus *F*²*H* (o͞mps *H*^{vl}) *VWΔΠ* taedarum] *om.* *G** stedarus *W* qui dicit *F*²*VΠ* 692 *script. bis*; *man.*¹ o͞mps tedarum foedere *legit*; *man.*² eptaticus qui dicit foere ℶ

Quid mirum si legis amor tunc crescere coepit
Ecclesiae cum iuncta fuit? Quod sponsa perennis
Hac veniat de gente magis, nec Cantica celant,
Quae fuscam pulchramque vocant; haec pergit ab austro,
Aethiopum qui torret humum, Salomonis in ore
Pacificum laudare suum, quo nomine dudum
Signatum est quod Christus habet. Iam debita mundo
Custodem praemittit opum, quo pignore gazas
Incipiat proferre suas. Thesaurus in illa
Quis potius quam fontis honor? Quod ditius aurum
Quam locuples sub corde fides? Quam denique recte
Praevius huic spādo est, qua procedente libido
Pellitur et capiunt caelestia regna pudici?

De eo ubi Saulus ad Damascum vadens, ut Christi vastaret Ecclesiam, claritate de caelo percussus, Christum audiens et agnoscens, cecidit caecatus triduoque sic fuit et ab Anania baptizatus visum recepit. De cuius oculis squameae ceciderunt, et post in sporta missus evasit insidias Iudaeorum.

---

698 fuscam] Cant. 1, 5 700 Pacificum] Luc. 12, 51; Hieron. *De Nom. Heb.* (*PL* XXIII 894) Salomon . pacificus 701 *v.* Act. 8, 27 707 caelestia regna] *sic etiam infra* I 942; I 972; Iuvenc. *Hist. Ev.* III 526; *ibid.* IV 197; Coripp. *In Laud. Iust.* I 144 (*MGH* Auct. ant. III 2, 121); Alcim. Avit. *Poem.* VI 302 (*MGH* Auct. ant. VI 2, 283)

---

696 iuncta] ipsa lex ℑ 700 Pacificum] christum ℑ 701 debita mundo] futura ecclesia ℑ 702 custodem] illum spadonem *T* 703 incipiat] ipsa ecclesia ℑ 704 fontis] baptismatis *C* 706 huic] ecclesiae ℑ qua] fide *T*

I: *PHTCA* 697 veniat] veniet *W* venit *YZ* Ψ** venia *P* 704 quis] qui
II: *FI* *AEI*KM* (quis $I^{vl}M^{vl}$) $OS^2\Pi$ potior $CH^2I^2J^2L^2UWX^2\Delta\Theta^2\Lambda\Xi$
III: *GLKE* $\Pi\Phi\Psi$ℑ, *v. l. cr.*

Saulus acerba fremens committere bella Damasci
Iudaica feritate parat, sed amabitur agnus
Quo properat saevire lupus. Sors laeta ruinae
In qua culpa cadit, didicitque e corpore lapso
In mentis iam stare gradu; cum lumina claudit,
Pectora tunc aperit, caelique agnoscitur Auctor
Discedente die. Quantum meruere tenebrae!
Post oculos maiora videt; mirabile saeclis
Exemplum dedit alma fides. Anania furorem
Excutit, o nova palma! Lupum domat ille rapacem,
Hebraeus quem dixit ovem; clamabitur orbi
Hoc praecone Deus, legisque exutus ab umbra
Sub qua caecus erat, terras lucebit in omnes
Perpetuo de Sole canens. Ne desine, Saule,
Hunc celebrare diem; multorum lumine plena
Nox datur ista tibi, tuque hic tua nubila portas,

---

708 *cf.* Verg. *Ae.* XII 398 acerba fremens; Val. Fl. III 229; *sic etiam* Verg. *Ge.* III 149 acerba sonans 709–753 *v.* Act. 9, 1—31 709 agnus] Ioh. 1, 29; 1, 36 710 lupus] Pseudo-Maxim. Taur. *Serm.* XXIX (*PL* LVII 908b) *cf.* Sil. Ital. X 101 laeta ruinam 711 corpore lapso] Act. 9, 4 714 *cf.* Stat. *Theb.* I 240 meruere tenebrae 716 Anania] Act. 9, 10—17 718 ovem] *sed cf.* Hieron. *De Nom. Heb.* (*PL* XXIII 890) ananias . gratia Domini 719 legis . . . ab umbra] Prud. *Apoth.* 510 (*CSEL* LXI) vana superstitio lex 720 *cf.* Val. Fl. I 16 lucebis ab omni

---

711 culpa cadit] peccatum paulus ȝ didicit] paulus *T* 714 exclamatio poetae *I* ȝ 716 furorem] sauli ȝ 718 quem] ananiam ȝ 719 hoc] paulo ȝ 721 apostropham facit ad discipulum ȝ apostropham facit *I* 723 expositio *C* hic] in tuo corpore ȝ

708–754 *post* 800 ȝ 708 paulus *G* (saulus G^{vl}) *Δ* cōmittens *A* I: *PHTCA* immittere *FI* (co I^{vl}) 709 a**bitur C^2 anabitur *P* ambitur *A*, *V** II: *FI* *ut vid.*, *YZ** labitur *W* 711 didicitque e] didicit que *AKLP²S** III: *GLKE* didicitque et *XΔΣ* didicit qui *EGJ*, L^2 (q . .), MO^2 (qua *O**) $S^2ΔΞ$ didicit de *WΓΦ* decidit que et *YZ** que *om. F* 714 discedente] descendente *KΔ* discendente *APYZ** decedente *T** 721 calens *DE*^{vl}*GH*²*JLMOS*²*T*²*Δ*²*ΔΞ*, *Σ** *ut vid.*, *Ψ*Ω* cadens *Δ*Σ*² Saule] saulo *I** paule *Γ*Ω* 722 plenum *CV* plenā *P* 723 hinc *WΔ*

Ut mundi purgare queas. Nunc plena figuris
Interius documenta sequar tectumque latebris
Aggrediar proferre iubar: Quod tempora Saulus
In tenebris triduana gerit, facit esse fidelem
Exempli mensura sui, tandemque coactum
Poena magistra docet Dominum ne respuat ultra
Post triduum superasse chaos; cum coeperit ipse
Sic visus reparare suos, quod ab orbibus atris
Et squamae cedidere graves, natura quod anguis
Ferre solet, ratione viget. Iudaea venenum
Semper ab ore vomet crudelior aspide surda;
Perfidiae coluber Synagogae sibilat antro.
Discipulis Salvator ait: „Calcabitis angues,
Purior obsequiis ut sit caelestibus actus.“
Vipereum iacit ante nefas et proelia doctor
Mox meliora gerit; qui cum superasset iniquos,
Insidias meruit portis evadere clausis;
Sporta solens texi iuncis palmisque vicissim
Tegmina dat Saulo retinens in honore figuram
Ecclesiae, nam iuncus aquis et palma coronis

---

727 in tenebris triduana] Act. 9, 9; Sedul. *Pasch. Carm.* V 242—244 tribus horis / tenebrosi . . . / clausi triduo 730 triduum] Matth. 16, 21 731—732 *cf.* Verg. *Ae.* II 204 orbibus angues; Ov. *Met.* IX 63—64 anguem . . . in orbes 732 squamae] Bed. *Ex. act. Ap.* IX 5; IX 18 733—734 *v.* Matth. 3, 7 733 Venant. Fort. *Carm.* IX 2, 3 coluber . . . ab ore venenum 736 calcabitis] Luc. 10, 19 742 Saulo] Act. 9, 24 figuram] Bed. *Ex. act. Ap.* IX 25

---

726 tempora] allegoritat *T* figura mystica *O* 735 coluber] diabolus ℑ antro] in cordibus *T* 737 actus] clarior operatio beati pauli *T* sibalus ℑ 738 iacit] proicit *I* doctor] paulus ℑ 741 figura mystica *Θ*

I: *PHTCA* 725 latebras *G* T* W** 727 triduana, *v. l. cr.* 728 sui] virum
II: *FI* *HI^{vl}XΔΠΦ* 730 triduum, *v.l.cr.* 731 atris] atrae *Mras*
III: *GLKE* vomit *EFHIJLMRy T^2 UVWXΓΔΘ^2 ΛΞΣ*ΦΨΩ*ℑ movet *AYΘ** 738 iacet *AH*PS*T*Θ*Λ*Σ**ℑ^2 iaceat *YZ** ductor *V*Σ** 740 causis *C*V*Y* 742 paulo *ACGH^{2}J^{2}MTUVWZ^{2}ΓΔΘΣΦ*

Semper inest: Iuvat Ecclesiam baptismatis unda
Martyriique cruor; dudum vescente caterva
Nutriti sub dente cibi distendere septem
Sportarum coepere sinus; tot in orbe profecto
Ecclesias Scriptura canit quod Spiritus illic
Sic operator adest et signat nomina virtus,
Cum tamen Ecclesiam celebremus in omnibus unam.
Protegit ergo virum species cui militat ipse
Vas in vase manens, atque hac duce tutus ab hoste
Egreditur, cunctis ductor cui vincit in armis.

De eo ubi beatus Petrus, cum circumisset sanctos, ad Lyddam veniens octo annis iacentem paralyticum curavit Aeneam. Cui dixit: „Surge et sterne tibi“; et mox qui ibi erant Domino crediderunt.

Pervigil excubiis commissi Petrus ovilis,
Postquam cuncta videns lustravit in ordine sanctos,
Per Lyddae tulit arva gradus, ubi moenibus adstans
Respicit Aeneam defunctis vivere membris
Atque anima, nodis laxata mole solutis,
Non moriente mori, „Surgens, paralytice“, dixit

746 nutriti . . . cibi] Ioh. 6, 9—13 septem] Matth. 15, 36—37 septem] *de figura cf. supra* I 553 747—748 tot . . . ecclesias] Apoc. 1, 4; 1, 11 751 *cf.* Claud. *De Cons. Stil.* III 52 cui militat omnis 754—770 *v.* Act. 9, 32—35 755 *cf.* Verg. *Ae.* III 518 postquam cuncta videt 756 *cf.* Verg. *Ae.* II 328 in mediis moenibus astans

744 inest] convenit *C* 746 cibi] comedentium *C* 747 coepere] apostoli *I* 748 scriptura] apocalipsi ℑ quod] eo ℑ illic] in ecclesiis *T* 749 operator] doctor *C* nomina] VII ecclesiarum *H* 751 species] sporta *T* 752 vas] electionis ℑ in vase] in christo ℑ hac] ecclesia *vel* in christo ℑ 753 cui] ecclesiae *vel* christo *Π* 758 mole] corpore *T*

753 doctor *C* (ductor C^{ss}) *FHIKMVWXYΓΛΘΞΠΣ²ΦΨ²Ω*ℑ cui] qui *Ω* quia *M* (cui M^{vl}) 754—800 *post* 707 ℑ 758 animam *H*PTV**, 759 paralȳtice, *v. l. cr. in.*

I: *PHTCA*
II: *FI*
III: *GLKE*

„Vectorem compone tuum nec reddere tardes
Officium, portate diu.“ Quo munere vocis
Stringitur in solidum qui fluxerat antea nervis.
Tunc iterum formatus homo longique cadaver
Temporis exstinctos ad vitam surrigit artus
Seque levans vacui linquit monumenta cubilis,
Quod misero pars mortis erat. Plebs cuncta per illam
Coepit stare viam, multisque supervenit ampla
Unius languore salus tactoque liquore
Expulit inclusi sua mox contagia morbi
Fonte lavans animas alieno robore firmas.
Eloquar hic sacrae quae sint arcana figurae,
Si mihi corda movet, cuius vox corpora reddit:
Octo quod annorum languoris proditur aetas,
Iure per hoc tempus membris defecit ademptis
Antiqua sub Lege iacens; iugulantia quippe
Vulnera semper habent quorum fit saucius infans

762 *cf.* Verg. *Ge.* II 79 finditur in solidum 764 *cf. supra* I 41 erigit artus 766 cuncta] Act. 9, 35 769 *cf.* Sil. Ital. XI 13 contagia morbi 770 *cf.* Luc. *Phars.* II 245 robore firma 771 sacrae . . . figura] Iustin. Mart. *Dialog.* 14 (*PG* VI 504 [d]) *σύμβολον ibid.* 14 (*PG* VI 505 c) *εἰς σημεῖον*; *sic etiam ibid.* 23 (*PG* VI 528 a) 772 *cf.* Ov. *Ex Pont.* III 2, 100 corda movet 773 octo] Act. 9, 33 776 *cf.* Stat. *Theb.* VI 39 saucius infans

760 vectorem] lectum *C* 763 formatus] est *C* 768 liquore] baptismatis *C* 771—772 figura mystica *O* 771 allegoriae *Π*ʒ allegorice *I* hic] ex hoc miraculo *H* ex hoc loco *FIXΘΠ* ab hoc loco ʒ ab isto loco *CT* 772 figura mystica *Θ* movet] petrus ʒ cuius] ille ʒ christi *C* 773 explanatio *U* quod] eo ʒ 774 per hoc tempus] per octonarium numerum ʒ defecit] ille paralyticus *I* populus iudaicus *I*ʒ 775 iugulantia] per circumcisionem ʒ

I: *PHTCA* II: *FI* III: *GLKE*

761 portare *H* P** (porta *e P^2) *Ξ** 763 nunc *DM* formatur *IΛΘ** 764 extinctus *C*P* 765 linquit] liquit C^2 *V* ΓΛΩ* 767 stare] ire *YZ* adire *W* 769 inclusi, *v. l. cr.* 770 forte *YZ** mente *P* levans C^{vl}*H* YZ* 771 hinc *CHIJ*^{2} T^2 *UVW* X^{vl} *ΓΘΞΠΣΦΨΩ*ʒ sint] sunt *S* Ψ** 772 corda]¦ verba *CH* P VΩ*ʒ* movet] movit *AKT* Z** monuit *Y*

Octavo veniente die; sanavit ab illa
Parte gravem lacerumque diu discrimine carnis
In liquidis solidavit aquis, octavus ut aegrum
Solveret a plagis exstincti corporis annus,
Quo numero veniente die sollemne resurgens
Iam Christus sacravit opus. Stat temporis usus
Sed voto meliore redux; hinc vulnera serpunt,
Hinc ablata ruunt; ibi subdit regula poenis,
Hic purgat medicina vadis, spatioque priore
Dudum laxa neci striguntur membra saluti.
Signatis etiam numero paralyticus annis
Ille iacebat iners, cui proxima mota Siloa,
Heu! nullas praestabat aquas. Piscina ligata
Porticibus Iudaea fuit; namque atria quinque
Ad sua claustra tenet per quinque volumina Moysi
Legis adepta modum, cuius circumdata gyro
Debilis aeternum vidit sine munere Iesum
In libris aegrota suis; hinc eripit unum,
Cui veniens peccata tulit. Quam rite figuram

781 numero] Ioh. 20, 26 786—789 *v.* Ioh. 9, 1—11 788 mota] Ioh. 5, 3—7 790 *cf.* Verg. *Ae.* II 528 porticibus . . . atria 790—791 quinque . . . quinque] *de figura cf.* Maxim. Taur. *Serm.* CVII (*PL* LVII 745a—c) 791 *cf.* Ov. *Trist.* III 14, 19 ter quinque volumina

777 sanavit] petrus ℶ 778 gravem] paralyticum *I*ℶ gravem lacerumque] populum *T'* discrimine] a periculo *T* 779 aquis] baptismi *I* octavus] resurrectio christi quae octavo die ℶ 781 numero] VIII *C* die] resurrectionis ℶ 782 opus] baptismum ℶ stat] permanet *C* stat temporis usus] circumcisionis *T* 783 hinc] ex circumcisione *C* 784 hinc] ex baptismo ℶ ibi] in circumcisione ℶ 785 hic] in baptismo *F* 787 signatis] designatis *T* 790 atria] libros moysi *T* 792 cuius] legis *CT* siloa *T* 793 munere] fide *C*

784 *post* 785 *CV* abluta *CΠΣΨ*ℶ 785 hinc C^2 *L* T* UWYZ*ℶ* 789 nullas] nullus *AP* ST* Θ* 795 cui] qui *CE* FIM* ΘΞ² ΠΣ²* (qui cur *Σ**) *ΦΩ* quem *V**

I: *PHTCA* II: *FI* III: *GLKE*

Mundus ubique gerit; quem postquam sabbata solvens
Impulit ad fontem, superavit gratia legem.
Petrus ad Ecclĕsiam revocat documenta Magistri,
Cuius in orbe manu paralyticus exsilit unus,
Et gradiente fide sua vincula proicit orbis.

De eo ubi beatus Petrus Tabitham eleemosynariam, quae et Dorcas vocabatur, invitatus a Lydde in Ioppe, mortuam suscitavit viduis eam pauperibusque consignans. Qui tacentes manu eius facta monstraverunt per vestimenta.

Te quoque, laude potens, caelestibus incluta signis
Carminibus, Ioppe, canimus, qua sede Tabitha
Mansuras fundebat opes et semper egenis
Munere mater erat, quae vitae tempore clauso
Ponitur in medio, lacrimis plus lota, feretro,
Post funus victura suum. Fiducia Petrum
Evocat; ille gerens divini pignus amoris,
Ut numquam pietate vacet, quod vota requirunt
Praestaturus adest. Lugentia tecta petenti
Stant inopes viduique greges et bracchia monstrant
Exuviis onerata suis, quas Dorcadis ipsis

796 sabbata solvens] Ioh. 5, 10 799 exsilit] Act. 9, 34 801—845 *v.* Act. 9, 36—43 801 *cf.* Bed. *Vit. S. Cuth.* 40, 8 (*PL* XCIV 593a) caelestibus inclyta signis 803 fundebat] Act. 9, 36 faciebat 806 *cf.* Ov. *Met.* VI 285 post tot quoque funera vinco 807 *cf.* Verg. *Ae.* V 538 pignus amoris; *sic etiam* Sil. Ital. VIII 149; Venant. Fort. *Vit. S. Mart.* I 67 809 *cf.* Luc. *Phars.* V 30 maerentia tecta 810—811 *cf.* Ov. *Met.* III 109 onerataque bracchia 811 *cf.* Luc. *Phars.* IX 718 exuvias positura suas Dorcadis] Isid. *Et.* XII 1, 15; 1, 22

796 quem] mundum *C* 798 documenta] doctrinam ℑ 799 cuius] petri *T* paralyticus] populus iudaicus *T* 805 feretro] in *T* 806 victura] vivitura ℑ fiducia] pauperum spes illorum *T* 809 metonomia *T*

I: *PHTCA* 803 fundabat *CH*MPS*T*V*YZ* fundavit *D* 804 clauso] clausa *V*Σ* 809 petentes *F* petentis *T**
II: *FI*
III: *GLKE*

Texuerant dederantque manus. O qualia fervens
Implorat fomenta dolor! Non murmure tristi
Affectum pietatis agunt nec ab ore frequentant
Instrumenta precum qui, quod bona facta merentur,
Officiis voluere loqui vocisque repulsam
Elegere suae, lateant ne vulnera cordis
Quae lacrimis fecere viam. Facunda gementi
Materia est dixisse nihil, nimiumque sonora
Causa petit quod lingua tacet nec cessat ab aure
Clamosa pulsante fide, qua Petrus aditur,
Qui mentes audire solet; iubet ocius omnes
Ire foras flexoque genu fit pronior arvis;
Tunc magis alta petens oratio fusa Tonanti
Mox super astra volat, propriis quae clavibus intrat.
Dic ubi sunt, mundana, tua, sapientia, leges,
Qua[e] virtute? Negas in se corrupta reverti
Quae vitam de morte vides! Ut munera Petrus

813 *cf.* Sil. Ital. XV 460 murmur triste 815 bona facta] Act. 9, 36 822 *cf.* Verg. *Ae.* V 828 iubet ocius omnes; Ov. *Met.* XII 226 ocius omnes; *sic etiam* Stat. *Theb.* X 492 823 ire foras] Act. 9, 40; Ov. *Ar. am.* II 522 isse foras Stat. *Theb.* I 420 flexoque genu 824 *cf.* Verg. *Ge.* I 142 alta petens; *sic etiam idem Ae.* V 508; *ibid.* VIII 691 alta petunt 825 propriis quae clavibus] Matth. 16, 19 826 *cf.* Sedul. *Pasch. Carm.* I 220 dic ubi sunt, natura, tuae post talia leges? 827 in se . . . reverti] Act. 13, 34

812 o qualia] vox poetica *C* vox mirantis *T* vox admirativa *I* 815 quod] eoq *C* 816 officiis] obsequiis *H* loqui] demonstrare affectum pietatis *C* 817 lateant] petrum *T* 818 facunda] augens *S* 820 aure] petri *H* 821 qua] fide *H* 824 Tonanti] omnipotenti *C* 825 quae] ubi *T* clavibus] oratio petri ℑ 826—828 alloquitur seculares philosophos qui dicebant non vivere animas post corpora comprobans hoc in resuscitatione tabithae *C* alloquitur mundanam sapientiam *T*

815 qui quod] quicquid $WX\Omega$ qui quid $H^*E\Lambda^*$ qui* S qd S^{mg} I: $PHTCA$ 816 repulsum H^2 818 fecunda $CDFH$ (a *supra* e H^{vl}) $KVWY$ II: FI $\Lambda\Pi\Sigma\Psi\Omega$ 825 quae] qui $P\Theta^*$ que a $HLW^2XYZ^2\Xi\Pi$ quia $FIU\Sigma^*$ III: $GLKE$ qua T^2W^*, Z^* *ut vid.*, $\Theta^2\Sigma^2\Phi\Psi^2$ quo Δ 826 leges, qua virtute? *Mras*

Sensit adesse Dei quibus est reddenda saluti
Quae defleta iacet, fatur conversus ad illam:
„Surge, Tabitha.“ Vocata redit lucique reducta
Se stupuit superesse sibi, quam protinus ipse
Prendit et erectam turbis gaudentibus offert.
Illa manus meruit Petri contingere dextram
Pauperibus quae larga fuit, qua vita revertens
Cetera membra levat corpusque itura per omne
Hanc subiit quae causa fuit. Si iure movemur,
Instaurata dies animae patet apta figuris,
Quam nimis antiqui depresserat umbra pericli
Ad vocem conversa Petri: caput ante gravatum
Legis in obscurae gremio velut altera surgens
Ecclĕsia praesente levat, tenebrasque repellit
Lux operum comitata fidem, quae legis ab ore
Non fuerat promissa salus, quia fonte renatis
Gratia perpetuae coepit dare munera vitae.

De eo ubi hora diei nona Cornelio centurioni angelus nuntiavit quod Domino eleemosynae eius et orationes placerent, admonens ut propter agnoscendam fidem ad

---

834 *cf.* Ov. *Amor.* III 8, 17 contingere dextram; *sic etiam* Claud. *In Eutr.* II 66; Act. 9, 41 dans . . . manum 836 *cf.* Ov. *Fast.* VI 328 membra levat 838 *cf.* Verg. *Ae.* IV 63 instauratque diem; Stat. *Theb.* II 88 instaurare diem; *sic etiam ibid.* VII 94 842 *cf.* Verg. *Ae.* VIII 591 tenebrasque resolvit 843—844 quae . . . salus] Iacob 2, 20 844 *cf.* Luc. *Phars.* IV 235 promissa salus

---

829 reddenda] ipsa *vel* thabita *H* 835 qua] manu *vel* dextra *C* 837 subiit] vita *C* quae] vita ℑ causa] resurgendi *C* 838 figura mystica *O Θ* allegoricis sensibus *O* 839 quam] animam synagogam ℑ 842 praesente] petro *C* ℑ

I: *PHTCA* 830 deflecta *YZΞ*Ψ** deflenda *W* 835 qua] qui *YZ** quae
II: *FI* *H*L² T*W Θ* Ψ** quam *A* 837 iura *EGKM²* (a *supra scr.* e M^2)
III: *GLKE* Ξ^{vl} movemus *EFGIJKMOΛΠ* movetur *ADT*U* iure movemur] iam removemur *S* 842 praesente: *de abl. abs. sine substantivo v. l. cr.*

beatum Petrum mitteret; ad quem misit tres; qui primus baptizatus est ex gentibus.

Caesarea venerandus erat Cornelius urbe,
Gentili de stirpe satus, quem dedita causis
Vita piis sacravit aquis, coepitque gerendo
Credere qui gessit quicquid baptismate lotis
Consuevit praestare fides; nam missus ab astris
Angelus hunc adiens „Summi conspectibus“ inquit
„Stant Domini quas spargis opes, quae verba precaris;
Praemia ne desint virtutibus, accipe certam
Huc Petro veniente viam.“ Sic voce coruscans
Nuntius aeternis fixit mandata lavacris.
Nona fuit tunc hora, magis qua rectius hora
Prodiret iam trina fides: Quod tertia simplex,
Hoc iterum ter trina docet, sacramque figuram
Singula ter faciunt, et ter triplicata fatentur.
Haec est nona potens oculos quae reddidit orbi
Post tenebras remeante die cum protulit ortum
De radiis lux nata crucis cunctosque replevit
Hoc sine fine iubar; nam mundum constat onustum

846—965 *v.* Act. 10, 1—48 850 fides] Greg. *In Ezech.* II 7, 9 (*PL* LXXVI 1018a—b) 852 *cf.* Claud. *Carm. min.* 26, 59 (*Loeb.*) dispergit opes 856—859 trino . . . tertio . . . ter trino . . . singula ter . . . ter triplicata] *supra* I 156 856 nona] Act. 10, 3 860 nona] Luc. 23, 44; *de figura* ter trina *cf. supra* I 156; I 209 *cf.* Luc. *Phars.* I 538 redderet orbe; Claud. *De Rapt. Pros.* III 243 redditur orbi; *idem De bell. Gild.* I 275 reddidit urbi 861 *cf.* Sil. Ital. XV 811 remeante die; Tibull. I 4, 28 remeatque dies

846 urbe] in ℶ 847 quem] cornelium ℶ 849 qui] cornelius ℶ 851 conspectibus] in ℶ 852 stant] placent ℶ 854 metaphora *T* figura mystica Θ 855 fixit] statuit ℶ mandata] ut a petro baptizaretur *A* 857 quod] hoc *T* sanctam trinitatem ℶ trina fides] trinitatis *C* 859 figura mystica *O*

852 quae] qui *P* q; *AZ** quę et $Z^2\,\Omega$ 855 finxit *W* fuit Ξ* fudit Ξ^2

I: *PHTCA*
II: *FI*
III: *GLKE*

Gentibus esse locum, quibus in baptismate lotis
Plena repurgato fulserunt lumina mundo.
Hanc solet ille sequi denarius omnia donans,
Quem praecepta decem servantibus arbiter offert
Nec sinit ut tardos praecedant aere priores.
Temporis huius opem quam sacri fontis adivit
Praevius, o utinam nostrae petat actio vitae
Mortalisque sibi studium proponat origo,
Ut credentis amor rerum speculetur honorem
Et ferat exemplum meritis qui praebuit undis!
Iamque capax fidei Cornelius indice voto
Ad Petrum tres ire iubet: Confessio trina
Sic veniet generantis aquae numerumque per ipsum
Europae atque Asiae Libyaeque tenebitur oris.

De eo ubi beatus Petrus hora diei sexta, cum esuriret in cenaculo, vas sibi cum omnium animalium generibus vidit ostendi. Unde cum se negaret posse comedere, audivit vocem ne immunda aut communia diceret quae Deus mundavit; et hoc ter est factum.

866—867 denarius ... decem] *de figura cf.* Apoc. 12, 3; 13, 1; 17, 3; 17, 7; 17, 12; 17, 16 *cornua*; *cf. ibid.* 13, 1 *diademata*; *cf. ibid.* 17, 12 *reges*; *cf. ibid.* 11, 13 decima pars 867 praecepta decem] Exod. 34, 28 868 tardos ... priores] Matth. 20, 6; 20, 9 871 *cit. ab* Aldhelm. *De metr. et enigm.* X (*MGH* Auct. ant. XV 92, 28) mortalisque ... origo 875 tres] Act. 10, 7 tres ... trina] *de figura cf. supra* I 209 877 oris] Act. 10, 35 in omni gente

---

866 hanc] horam nonam ℨ denarius] numerus *C* 867 quem] denarium ℨ 869 opem] auxilium ℨ 870 praevius] cornelius ℨ 871 origo] progenies ℨ 872 credentis] hominis ℨ cornelii *C* rerum] creaturarum *C* honorem] deum *C* figuram ℨ 873 figura mystica Θ ferat] nostrae actio vitae *vel* mortalis origo *F* qui] cornelius ℨ 875 confessio trina] sanctae trinitatis ℨ 876 sic] per ternarium numerum *Λ*

I: *PHTCA* 867 quem] quae *F* quam *I** 868 praecedent *YZ** 876 ve-
II: *FI* niat *HWXΛΠ* venit *CH²PVYZΞ*; *cf.* tenebitur I 877 877 orbis
III: *GLKE* *DE*GLMOΛΞΦ**, *cf. Font. a. h. l.*

Ardua progreditur cenacula Petrus adire
Iam medio torrente die: Locus instruit altus
Despiciensque solum Petrum caelestia semper,
Non terrena sequi; sextae quoque circulus horae
Detegit aetatem qua Christus venit in orbem
Largiri salvantis opem; numerusque dierum
Praetulit exemplum quo condidit antea mundum,
Quem vetat hac eadem veniens aetate Redemptor
Peccati ditione premi; sic denique sexta
Fertur et illa geri; fessus de calle Magister
Cum putei super ora sedens per vasa puellae
Pocula quaerit aquae, requiem facturus ubique
Eccl̆esiae de fonte suae. Qua Petrus in hora
Esurit, ille sitit pius ad sua dona Magister
Addere semper amans; cui nominis auxit honorem
Dat pariter nutrire fidem; laetabitur orbis
Hac saturante fame quae munere pinguior omni
Deliciosa fluit nullumque relinquit inanem
Perpetuas latura dapes. Qui solvere nosti
Excute, Petre, meae retinacula tarda loquelae

879 medio] Act. 10, 9 881 sexta] *de figura cf.* Isa. 6, 2; Apoc. 4, 8 *alae*; *cf.* Act. 10, 9—10 *hora*; *cf.* I Reg. 17, 4; Ezech. 40, 5; *ibid.* 41, 8; Dan. 3, 1 *cubita*; *cf.* Prov. 6, 16 *sex* [*res*]; *cf.* Ioh. 2, 6 *hydriae* Luc. *Phars.* IX 496 circulus orae 882—883 sextae . . . aetatem] Pseudo-Maxim. Taur. *Serm.* II (*PL* LVII 918b); Bed. *Ex. act. Ap.* X 9 883 *cit. ab* Aldhelm. *De metr. et enigm.* X (*MGH* Auct. ant. XV 93, 3) largiri . . . dierum 886 sexta] Ioh. 4, 6 890 hora] Act. 10, 9—10

880 figura mystica Θ 882 aetatem] sextam ℶ 884 antea] quia sex diebus fecit deus creaturam Π 886 sic] tali sacramento *C* 887 et] etiam ℶ illa] hora *I* 888 per vasa] hauritorium aquarium *O* 892 cui] petro ℶ 894 saturante] se ℶ quae] fames *T* fame] petri *T*

885 vetat hac] vetebat *G* hac] haec $AI^{vl}T^2\Theta^*$ eadem *del.* T^2; I: *PHTCA om.* $U^*\Xi^*\Omega^*$ (*repert. in fine versus* $T^2U\Xi\Omega$) eadem] ipsa C^2FH^2I II: *FI* (eadem $I^{vl})\Delta\Theta^2\Pi\Sigma\Psi$ ℶ ea G^2 891 prius $C^*DH^*VX\Pi\Sigma^*\Psi^*$ 895 fuit III: *GLKE* $H^*U^2V^*X^2$ (affluit X^*) Z^*


Deque tuis epulis exhaustae porrige linguae.
Claviger aethereus caelum conspexit apertum
Usus honore suo; demittitur inde figura
Vasis, ut in terris sit visio corpore Petri
Omnia posse capi, qui quicquid sumit edendum
Ecclesiae facit esse cibum. Praefertur imago
Quattuor ordinibus se submittentibus: Una
Ecclĕsiae forma est, quae quattuor eminet orbis
Partibus et laxat totidem praeconibus ora
Omne genus retinens volucrum pecudumque, ferarum
Reptiliumque simul; mortalibus ista cohaerent
Ex meritis vitiisque suis; patet ergo quod Auctor
Iussit in Ecclĕsiae transfundi viscera gentes,
„Macta et manduca“ dum praecipit, „abstrahe quod sunt
Et tibi fac similes“; qui vertitur alter habetur;

---

899 *v.* Matth. 16, 19 Aldhelm. *Carm. Eccles.* I 6 (*MGH* Auct. ant. XV 11) claviger aetherius; *sic etiam idem Epist.* 4 (*ibid.* XV 485, 15); Alcuin. *Inscr. Col. et Sal.* CIX 1 (*PLAC* I 335) 900 *cf.* Ov. *Fast.* IV 384 usus honore 901 vasis] Aug. *Serm.* CXLIX (*PL* XXXVIII 802; 803); Act. 10, 11 902 *cf. infra* II 5 omnia posse; *sic etiam* Luc. *Phars.* V 288 904 quatuor] *de figura cf. supra* I 115 ordinibus] Maxim. Taur. *Serm.* CVII (*PL* LVII 746b) cardinibus; Aug. *Serm.* CXLIX 6 (*PL* XXXVIII 802—803) cardines; *cf.* Act. 10, 11 initiis; *sic etiam* Bed. *Ex. act. Ap.* X 11 initia 907 omne genus] Act. 10, 12; Stat. *Theb.* X 141 volucres pecudesque ferasque; Prud. Dittoch. 46 [47] confertum omnigenis animalibus

---

898 explanatio *O* 899—901 *in superiore margine T* 899 explanatio cum figuris mysticis *Θ* 910 transfundi] per baptismum ℑ 911 praecipit] petro ℑ abstrahe] petre *H* 912 fac] per baptismum *F*



I: *PHTCA* 900 dimittitur *A C* E G J* L² M O* S T* V X* Y Z* ΓΘ* ΛΣ* Ψ*ℑ
II: *FI* 903 profertur *L U Ξ* 904 ordinibus] cardinibus *coniecerim, cf. Font. a. h. l.*
III: *GLKE* 905 ecclesiae forma est] forma est ecclesiae *GH* (firma *H**) *PUΓΞ* 911 quod *om.* ℑ* quid *E* quot *C* quae ℑ²

Denique Saulus obit, quia Paulus vivere coepit.
„Absit", Petrus ait — quanta est reverentia sancto
Legis — et esuriens oblatas respuit escas.
Ter sonuit Domini vox, quae dictata saluti est:
Hoc Genitor Natusque simul sanctusque peregit
Spiritus; huic fidei pugnax cadit Arius unum
Personas tres esse negans; Sabellius unum,
Sed Patrem confessus, ait, qui deinde vicissim
Filius et sanctus dicatur Spiritus idem,
Sed totum sit ut ipse Pater, quodque ordine trino
Continet unus apex hic dividit, ille relinquit.
Victus uterque iacet; nam iussio trina monentis
Personis numerum virtutibus indicat unum,
Quo vocat imperio gentes; hoc credere fas est
Si volumus complere fidem; facis omnia, Christe,
Sanguine munda tuo, lateris qui fluxit ab ictu
Discretae coniunctus aquae; maculosus oberrat
Anguis et exstinctum lymphis gemit esse venenum.

De eo ubi Petrus dubius de visione legatos Cornelii excepit.

Cum quibus, invitatus, est profectus ad Cornelium, quem

914—915 reverentia ... legis] Act. 10, 14; 10, 28 914 *cf.* Mart. IX 79, 5 tanta est reverentia 916 ter] *de figura cf. supra* 1, 209; Ambros. *De Spir. Sanct.* XIII (*PL* XVI 765c) 917—919 Arius ... Sabellius] Sedul. *Pasch. Carm.* I 322—323 922 totum] Ioh. 10, 30 ego et Pater unum sumus ordine trino] Act. 10, 38 924 *cf.* Ov. *Ar. am.* II 580 nudus uterque iacent trina] Ambros. *De Spir. Sanct.* XIII (*PL* XVI 765c) 926 *cf.* Verg. *Ae.* I 77 capessere fas est

914 admiratio poetae Θ absit] a me *C* 923 hic] arrius ♭ ille] sabellius ♭ 924 monentis] domini *T* ♭ petrum ♭ 925 personis] in tribus *T* 926 vocat] deus *vel* petrus *T*

913 Saulus] paulus H^*P salus W^* quia] qui H^*PW qua M^* Paulus] salus *P* 914 sanctae $DFIT^2UX^{vl}Z^2\Theta^2\Xi\Pi\Sigma\Psi\Omega$♭, *cf.* fusae I 173; *cf. de l. cr.* 922 totum] totus FPT^2YZ tantum Ψ; *cf. Font. a. h. l.* quodque] quod MZ^* q'dq. *E* 923 relinquit] reliquit Λ diremit I^* 924 iacet] habet I^* tacet $AE^*S^{vl}T^*$ monentis] monendis Θ^* moventis *C* 926 quo] quod H^* qui $CT^*V^*X\Gamma\Lambda\Theta^2\Pi\Sigma^2$

I: *PHTCA*
II: *FI*
III: *GLKE*

ad pedes salutare prohibuit; et cum coepta praedicatione Spiritus sanctus superveniret, mox eum cum suis baptizavit.

Comperit accītus quae sit sua visio Petrus,
De merito qui nomen habet; nam Petrus Hebraeo
Agnoscens sermone sonat; pro munere Christus
Sic vocitare dedit quo cognoscente patescit.
Descendit visurus eos quos miserat illuc
Qui laticum quaesitor erat. Descendere Petrus
Dicitur ad plebem veniens gentemque novellam
Quae necdum cognorat aquam; pars mersa profecto est
Sacro fonte carens, cuius via ducit euntes
Ad patriae melioris opem, qua pergere cessans
Non intrat quo vita vocat. Comitantibus isdem
Cornelii properat, caelestia regna daturus,
Sanctificare domum, genibus quem poplite flexo
Non sinit advolvi; gratis dare munera suetus

932—933 Petrus ... agnoscens] Hieron. *De Nom. Heb.* (*PL* XXIII 894) Petrus . agnoscens sive dissolvens 933 agnoscens] Ioh. 1, 42 munere Christus] Paulin. Nol. *Carm.* XXIII 329; *ibid.* XXXI 3; Alcim. Avit. *Poem.* VI 250 (*MGH* Auct. ant. VI 2, 282) 935 descendit] Act. 10, 21 936—937 descendere ... gentemque novellam] Bed. *Ex. act. Ap.* X 20 941 vita] Ioh. 14, 6 942 caelestia regna] *supra* I 707 regna; *infra* I 972; Ov. *Ex. Pont.* IV 8, 59; Sil. Ital. IX 309 943 *v.* Act. 10, 25 procidens ad pedes Stat. *Theb.* VII 193 poplite flexum; *ibid.* VI 590 poplite ... flexo

---

933 agnoscens] quia agnovit christum *I* sonat] interpretatur *C* 934 quo] petro ȝ cognoscente] christum ȝ 935 eos] viros tres missos *T* 938 mersa] in baratrum in inferno *I* 940 qua] aquam vivam ȝ cessans] desinens homo ȝ 941 isdem] viris cornelii *I* 943 quem] cornelium ȝ 944 gratis] non merito *C* suetus] aphaeresis *T*

I: *PHTCA* 938 cognovit *CH* WΠ* aquas *ΛΨ* est *om. C* P²S* Λ* ante*
II: *FI* sacro I 939 *V* 940 qua] quam *AHK* WΠΣΦ* 942 Cornelii, *cf.*
III: *GLKE* *de l. cr.* 943 flexo] fixo *DJ**

Arcet honoris opus. Caput hinc novus erigis orbis,
Qui percussus eras antiqui dente parentis,
Natalemque tibi fons reddidit; edite rursus
Ne preme colla tuis, alienis libera, culpis.
Ut primum fari sublimia dogmata Petrus
Coepit et aeterni mysteria pandere Christi,
Magnanimes stupuere viri vocemque sequentes
Invenere viam. Quid non credentibus offert
Indubitata fides? cui numquam munera tardant
Nec faciunt divina moram; mox Spiritus almus
Indulgens varias opulento munere linguas
Complevit sine more domum; baptisma frequentat
Petrus, ut ablutos flammis purgaret in undis.
Exemplo caret iste locus, quo Spiritus almus
Praevenit quas sanxit aquas; qui talia semper
Addere dona solet solisque ex fonte renatis
Imposita properare manu; gerit ista vicissim,
Ne quisquam putet esse suum meritisque venire
Quod variat qui sponte parat; nam Spiritus almus
Nescia mensurae fert praemia, plusque ministrans
Quam sperantis erat praecedit gratia votum.

945 *cf.* Stat. *Theb.* VI 231 honoris opus; Ov. *Trist.* V 14, 16 honoris onus 946 *v.* Gen. 3, 11—17 947 natalem ... reddidit] Ioh. 3, 3; 5, 7 949 fari] Act. 10, 34—43 950 *cf.* Bed. *Vit. S. Cuth.* II, 34 (*PL* XCIV 577 d) mysteria pandere Christi 951 stupuere] Act. 10, 45—46 952 *cf.* Verg. *Ae.* VII 297 invenere viam; *sic etiam* Luc. *Phars.* I 34; Sil. Ital. XIII 538; Stat. *Silv.* V 1, 145 955 *cf. supra* I 227 munere linguas 958—961 exemplo ... manu] Matth. 3, 16 961 *cf.* Claud. *Epith. de Nupt. Hon. Aug.* 205 properate manu

945 facit apostropham *T* 949 redit ad narrationem *A*ȝ 957 flammis] spiritus sancti ȝ 958—960 figura mystica *O* 959 praevenit] suo baptismo ȝ 962 suum] meritum ȝ 963 qui] spiritus sanctus *I* 965 erat] votum ȝ votum] desiderium ȝ

945 erigit *H* O* Z*² eregit *Z** erigi *I** ericis *A* eregionis *Y* erig̃ *D* I: *PHTCA* 946 eras] erat *D* Π*² eris *D*² 952 quid / q*** *Ξ*² quod *A* quae *P* II: *FI* qui *Y* 956 mora *AVYZ** 959 sancit *AEGHIJ*KOPS*²*XYZ* III: *GLKE* *Θ*ΛΠΣ*, *cf. de l. cr.* qui talia] vitalia *I*PYZ*

De eo ubi beato Petro Hierosolymam regresso inquisitio fiebat cur gentibus praedicasset. Quibus suam rettulit visionem, per quam ostendit quia divina iussione gentiles fuerint baptizati.

Pervenit hinc abiens sublimem Petrus in urbem
Quae retinet vexilla crucis; plebs cuncta requirit
Gentibus unde salus; aperit quibus omnia doctor
Subiungensque monet numquam fas esse negari
Quae veniunt bonitate Dei; sententia voce
Digna pii monstrare palam custodis amorem,
Ut velit ad cunctos caelestia regna patere
Qui tenet has sine fine fores. Quid, turba, querelis
Gaudia nostra teris? Non sunt nova munera Petro
Tot vicibus signata prius cum nominis almi
Huic Christus dat laude frui, quem iura locavit
Ecclĕsiae portare suae, cum litore naves
Prospiciens adstare duas praecepta ministrans
In Petri vult puppe vehi. Synagoga profecto
Sicca remansit humi postquam doctrina Magistri
Ecclĕsiae dedit alta sequi; stat perfida terris

966—973 *v.* Act. 11, 1—18 973 *cf.* Luc. *Phars.* V 681 turba querelis 974—997 non sunt nova munera Petro . . .] Prud. *Cont. Symm.* II praef. 975—976 nominis almi . . . laude] Matth. 16, 18 976—977 viro . . . portare] Matth. 16, 19 977—980 cum . . . vehi] Luc. 5, 3 977 *cf.* Hor. *Serm.* II 3, 205 litore navis; Verg. *Ae.* III 135 litore puppes 978—980 duas . . . humi] Maxim. Taur. *Serm.* XCIV (*PL* LVII 721 b)

970 voce] petri ꝫ 971 digna] est ꝫ 972 ut] quomodo *T* 974 munera] praedicationes *T* 975 explanatio *A* tot] tribus ꝫ prius] quod dixit ei christus pasce oves meas ꝫ 976 quem] petrum *I* 978 duas] unam iacobi et iohannis - - - et alteram petri *F* 981 perfida] synagoga *C*

I: *PHTCA* *inter* 967 *et* 968 cur introisti ad viros praeputium habentes *E del*
II: *FI* E^2 (glosa iste usus E^{ss}) 970 bonitate] pietate Ξꝫ
III: *GLKE*

Iam pelago currente fide; sua quippe figura
Haesit utrique rati: Ioseph Iudaea vocabat
Hunc natum cui Petrus ait: „Tu, Christe, probaris
Filius esse Dei.“ Pars haec defigitur arvis
Quae cecidit terrena sequens; processit in altum
Quae crevit divina loquens cum pisce sine ullo
In tenebris captura fuit. Nam tempore lucis
Lux quia Christus adest, spoliat vada salsa draconis,
Ut cunctos ad litus agant sacra retia fontis
Et de caerulei rapiantur fauce profundi.
Nam mare mundus erat, cuius de gurgite Petrus
Humida lina trahens verbo piscante carinas
Complevit maiore sinu, quia turba duobus
E populis ventura foret; gentesque levavit
Tunc famulante salo plenaque in puppe fatetur
Ecclĕsiam, cuius placida statione recondit
Quod Domini sermone capit, qui dixerat ante
Esse alias quas quaerat oves; has nempe parabat
Quas nunc rite vocat, per quas clementia Petri
Congregat aethereis humana peculia saeptis.

985—995 *v.* Luc. 5, 2—7 988 *v.* Ioh. 21, 3 989 *v.* Ioh. 21, 4—6 Verg. *Ae.* V 158 vada salsa; *sic etiam* Sil. Ital. XVII 155; Sedul. *Pasch. Carm.* III 53; Catull. 64, 6 990 *v.* Ioh. 21, 6; 21, 11 cunctos] Maxim. Taur. *Serm.* XCIV (*PL* LVII 722a) 993 *cf.* Verg. *Ge.* I 142 trahit umida lina 996 *cf.* Claud. *In Eutr.* II 7 puppe fateri 997 *cf.* Claud. *De Sext. Cons. Hon.* 21 statione recondunt 999 alias] Ioh. 10, 16

982 pelago] in mundo *C* 985 pars] iudaeorum ȝ arvis] in terrenis rebus ȝ 988 parenthesis ȝ in tenebris] in nocte *F* 989 spoliat] petrus *C* 990 metaphora *T* fontis] baptismi *C* 991 modo allegoritat ȝ 999 parabat] christus *C* 1000 vocat] petrus *C* 1001 aethereis] in ȝ

987 *post* 988 *YZ* 988 nam] iam *AILUΔΘΣΦ* 990 fontis] fontes *T* Θ** pisces *H** (fontes H^{vl}; i *ex* e H^{3}) servis *L** 991 rapiuntur *STV** (rapi*ntur V^{2}) *ΓΔΣ** 994 quam *P* quo *EGJ*L²OXΛ* qua *AH*K*Ψ** in quem L^{ss} 995 lavavit *H* (e *supra prior.* a H^{vl}) *PΠ*

I: *PHTCA*
II: *FI*
III: *GLKE*

Non deerit sua fama locis. Petrus omnia prendens
Bethsaida satus urbe fuit, quae nomine Hebraeo
Venatorum est dicta domus. Quam verus ab illa
Ecclĕsiae venator adest, qui cuncta peragrans
Cinxit et ad fidei collegit retia gentes!

De eo ubi beatus Petrus cum custodiretur in carcere, nocte angelus est ingressus et refulsit habitaculum pulsatoque latere eius secum duxit ubi se ferrea porta quae ad Hierosolymam mittit aperuit; et ibi veritatem liberationis agnoscens Deo gratias egit. Quem puella respiciens gaudium nuntiavit.

Clauditur obscuro, sed non sine lumine, Petrus
Carcere, nec possunt tenebrae caligine furva
Ecclĕsiae celare diem; commune per omnes
Supplicium timor ille facit; custodia Petri
Publica poena fuit; proprium sed pastor ovile
Servato custode regit, quem ditat honore
Ter Dominum confessus amor; de nomine petrae
Nomen Petrus habens aeterna vocabula portat,
Fundamenta gerens numquam passura ruinam.
Exspectate tuis cunctoque in tempore carus
Et nobis iam, Petre, veni! Simul omnibus exi
Quos stimulat nunc cura prior! Iam nocte profunda

1003 Bethsaida] Ioh. 1, 44 1004 Venatorum ... domus] Hieron. *De Nom. Heb.* (*PL* XXIII 883) Bethsaida . domus frugum vel domus venatorum 1007—1076 *v.* Act. 12, 1—9 1008 *cf.* Stat. *Theb.* IX 727 caligine furva 1009 *cf.* Luc. *Phars.* V 200 celate diem 1013 ter] Ioh. 21, 15—17 1013—1014 de nomine ... habens] Ioh. 1, 42 1015 *cf.* Sil. Ital. VIII 304 passura ruinas 1016 *cf.* Verg. *Ae.* II 283 exspectate venis Stat. *Theb.* VII 522 in tempore carus

1002 figura mystica *G O Θ* 1012 custode] petro *C* quem] petrum *C* 1014 vocabula] nomen christi *T* 1018 profunda] redit ad narrationem *Π*

I: *PHTCA* 1002 deerat *M*Δ* 1003 satis *A T**
II: *FI*
III: *GLKE*

Angelus astra ferens ergastula candidus intrat
Se comitante die; caeli veniente ministro
Carceris umbra fugit; pulsae periere tenebrae
Lucifero radiante novo; color exsulat ater,
Et mutata vident nocturna crepuscula solem.
Custodum vallante manu inter vincula Petro
Corpore somnus erat; sed cum vigilaret in illo
Quae nescit dormire fides, hoc Cantica clamant:
„Dormio corde vigil.“ Laeti documenta figurae
Discite, qui liquido meruistis fonte renasci,
Et quae forma manet sacrato in corpore Petri
Cernite corde pio: Docet hanc virtutis apertae
Angelus ipse viam; tangens latus impulit in qua
Ecclĕsiae stat parte caput; qua nuntius ortam
Noverat, inde levat. Lateri subnexuit arcae
Ostia sancta Noe clausis animalibus; hinc est
Diluvio vastante salus. Producitur Eva
Dormitante viro lateris generata propago,
Nomen habens vitae, si numquam culpa fuisset,
Sic mansura magis. Christus post, mysticus Adam,
Dignatus dare membra cruci atque in carne perempta
Morte premi qua vita redit, nova dona liquoris

1019 angelus] Act. 12, 7 1021 *cf.* Ov. *Met.* VII 703 pulsis ... tenebris; Luc. *Phars.* IV 192 periere latebrae; Sil. Ital. XIII 256 cessere tenebrae 1022 *v.* Act. 12, 7 1027 dormio] Cant. 5, 2 1031 latus] Bed. *Ex. act. Ap.* XII 7 1031—1032 impulit ... caput] Ioh. 19, 34 1033 lateri ... arcae] Gen. 7, 16 1036 lateris ... propago] Gen. 2, 21—23 1037 nomen ... vitae] Gen. 3, 20

1027 allegorici sensus $\mathcal{A}$ 1030 figura mystica Θ 1032 caput] principium quia de christi latere exivit sanguis et aqua in redemptionem salutis nostrae et inde formata est ecclesia *I* qua] de ȝ 1033 inde] ex ea parte ȝ levat] petrum ȝ 1038 mansura] immortalis ȝ

1020 die] fide *I** diem ȝ 1022 alter H^*PZ^2 (ater Z^*Z^3) 1026 hoc] haec *I* ȝ 1027 loeti $VX\Psi^*$ (laeti Ψ^2; loeti Ψ^3) laute K^* laetae Φ 1033 latere PS^* lateris AY 1040 quia $YZ^2\Theta^*$ qui T^*

I: *PHTCA* II: *FI* III: *GLKE*

Per lateris sacravit iter. Nunc angelus illa
Petrum parte vocat, mens credat ut omnis in ipso
Ecclĕsiae constare decus teneatque superno
Assertore fidem, quo calceămenta monente
Hi meruere pedes, tetigit quos dextra Magistri,
Quae totum mundavit aquis. Gradientibus illis
Conclusae cessere fores; putat omnia somno
Ludificante geri, cui praemia vera paravit
Maiestas ignara doli; iam ferrea claustris
Porta patet, rigidi laxant sua vincula postes.
Gentibus abscidens durae feritatis acumen
Aspera cuncta domat, ne ianua fixa vetaret
Orbis iter quo cursus erit. Dic, gloria rerum,
Ferrea quid mirum si cedunt ostia Petro!
Quem Deus aethereae custodem deputat aulae
Ecclĕsiaeque suae faciens retinere cacumen
Infernum superare iubet. Mox liber ab hoste
Divinum celebravit opus, quem prima puella
A tenebris remeare probat quia gratia Christi

1041 lateris] Bed. *Ex. act. Ap.* XII 7 1045—1046 pedes . . . mundavit] *de figura cf.* Bed. *Ex. act. Ap.* I 5 1045 tetigit . . . magistri] Ioh. 13, 5—9 1047 *cf.* Ov. *Met.* III 699 patuisse fores; *idem Amor.* II 1, 27 cessere fores; *sic etiam* Luc. *Phars.* V 209; Act. 12, 10 ultro aperta est 1053 *cf.* Verg. *Ae.* IV 232 gloria rerum 1054—1057 *cit. a* Bed. *Ex. act. Ap.* XII 10 ferrea . . . iubet 1055 *cf.* Mart. XIII 4, 1 aetheriae . . . aulae 1058 puella] Act. 12, 13 1059 *cf.* Iuvenc. *Hist. Ev.* IV 803 gratia Christi; *sic etiam* Paulin. Nol. *Carm.* XVI 283; Prosp. *De Ingrat.* 1, 165; Venant. Fort. *Carm.* VIII 3, 315

1042 parte] lateris *C* ipso] petro *C* 1044 fidem] dei *C* quo] angelo *C* 1045 tetigit] lavit *C* 1046 totum] petrum ♃ 1047 putat] petrus *C* 1048 cui] petro *C* 1050 allegoria *T* 1051 figura mystica *G* abscidens] petrus ♃ 1052—1054 figura mystica *O* 1053 apostropham facit ad mundanam sapientiam *IΠ* 1057 liber] petrus ♃ 1058 quem] petrum ♃

I: *PHTCA* 1044 calceamenta, *cf. de l. cr.* 1047 putet *AM*V* 1049 clausis *Δ* 1051 mentibus *DΦ* 1052 aspersa *PYZ** 1059 quia] cui *CV*
II: *FI*
III: *GLKE* quā *H** qua *PΘ*(quia Θ^{vl}) gratia] sanguine *YZ*

Rem dedit esse parem: Visus adit ipse resurgens
Femineos; loquitur redeuntis gloria carnis
Ad sexum quem mater habet; patet hinc quoque vatem
Ecclĕsiam sensisse suum, quae gaudia portet
In cunctum diffusa gregem. Quis talia fando
Explicet aut verbis attollat pondera rerum?
Maximus ille pavor gelidos qui strinxerat artus
Laetitiae mensura fuit; manet omne per aevum
Pignoris huius apex et sideris obtinet instar,
Corpore quod Petrus sacravit et angelus ore.
His solidata fides, his est tibi, Roma, catenis
Perpetuata salus; harum circumdata nexu
Libera semper eris; quid enim non vincula praestent
Quae tetigit qui cuncta potest absolvere? cuius
Haec invicta manu vel religiosa triumpho
Moenia non ullo penitus quatientur ab hoste.
Claudit iter bellis qui portam pandit in astris.

1063 *cf.* Stat. *Theb.* X 555 gaudia portans; *sic etiam* Sedul. *Pasch. Carm.* V 329; Mart. VIII 51, 23 gaudia portat 1064 *cf.* Verg. *Ae.* II 6 talia fando 1065 *cf.* Verg. *Ae.* II 362 explicet aut Luc. *Phars.* VII 504 rerum tot pondera; Ov. *Ib.* 249 pondera rerum 1066 *cf.* Ov. *Met.* X 423 gelidus nutricis in artus; Luc. *Phars.* I 246 gelidos pavor occupat artus 1071 *cf.* Stat. *Ach.* I 191 circumdata nexu 1076 *cf.* Ov. *Met.* VIII 549 clausit iter; Stat. *Theb.* X 248 claudat iter Aldhelm. *Carm. Eccles.* I, 6 (*MGH* Auct. ant. XV) portam qui pandis in aethra; *sic etiam idem Epist.* 4 (*ibid.* XV 485) ... pandit ...; *idem Prosa de Virg.* 55 (*ibid.* XV 314, 11) ... pandis ...; Alcuin. *Inscr. Col. et Sal.* CIX 1 (*PLAC* I 335) portas qui pandit Olimpi; Verg. *Ae.* XII 584 pandere portas; *ibid.* II 27 panduntur portae; *sic etiam ibid.* VI 574 Verg. *Ae.* V 517 in astris

---

1060 ipse] christus *C* 1062 vatem] petrum *C* 1067—1068 allegoria *T* 1069 quod] pignus *C* 1070 fides] est ȝ catenis] petri *C* 1071 harum] caternarum *C* 1073 qui] petrus *C* 1074 haec] erunt *C* moenia ȝ manu] petri *F* 1076 claudit] petrus ȝ

1063 portat *CFOT²VΔ*Φ* portans *I** 1073 quae] qui *H*P*

I: *PHTCA*
II: *FI*
III: *GLKE*

aratoris liber primus explicit *I* explicit liber primus aratoris *HP* explicit liber primus *MUΞ* explicit liber primus historiae apostolicae *S* aratoris subdiaconi sanctae romanae ecclesiae explicit historiae apostolicae liber primus *ΔΠΨ* (ecclesiae romanae *Ψ*) aratoris subdiaconi explicit historiae romanae sanctae ecclesiae liber I *O* aratoris subdiaconi sanctae ecclesiae romanae explicit historiae apostolicae liber primus *EYZΘΩ*^{1} (sanctae *om.* *Ω*; historiae apostolicae *om.* ^{1}) explicit liber primus aratoris subdiaconi *F*, *G* (primus *om.*), *Γ* explicit historiae liber primus *T*^{2} explicit historiae apostolicae liber I *X* aratoris subdiaconi explicit historiae liber I apostolicae primus *Σ*

Liber Secundus

De eo ubi Saulus, qui et Paulus, admonente Spiritu sancto segregatus venit ad Paphum, ubi erat Paulus proconsul; et cum praedicanti magus obsisteret, increpans eum quod solem non videret, mox Paulus proconsul credidit.

Spiritus accensam verbo radiante lucernam
Sub modio lucere vetans „Secernite Saulum“
Dixit „in oris opus“. Quem mox sacravit euntem
Imposita Petrus ille manu, cui sermo Magistri
Omnia posse dedit. Cyprum Salaminaque linquens
Pergit adire Paphum, quae fertur amoribus olim
Dedita sacrilegae mansisse libidinis antrum
Aligerosque vagos studio coluisse procaci.
Hinc operum procedit apex, quia gratia maior
Ad delicta venit; culpas huic posse remitti
Exemplum iam Paulus erat. Quam splendida laudum

---

incipit liber secundus $H^2JS\Theta\Sigma\Phi^2$ i[ncipit] l[iber] II X incipit secundus I, ♃ (eiusdem) incipit liber II $HC^2L^2\Gamma\Phi$ incipit historiae apostolicae liber secundus K incipit eiusdem liber II E incipit liber secundus aratoris subdiaconi S i[ncipit] a[ratoris] l[iber] s[ecundus] O incipit apostolicae historiae eiusdem liber secundus Ω incipit liber secundus deo gratias Π incipit liber aratoris secundus Λ incipit secundus $PFMT^2YZ\Xi\Psi$ *nihil aut parum clara* $ADGUVW\Delta$ 1—39 *v.* Act. 13, 1—12 2 modio] Matth. 5, 15 secernite] Act. 13, 2 4 imposita ... manu] Act. 13, 3; *Gal.* 2, 9 (*Cephas*) 4—5 cui ... dedit] Matth. 16, 18—19 5 *cf. supra* I 902 omnia posse 10—11 culpas ... Paulus] Act. 9, 17—18

---

4 cui] petro ♃ 5 linquens] aphaeresis ablatio syllabae T

---

2 paulum $D\Lambda\Psi$♃ 8 *om.* C^*(*add. in marg.* C^1 *ut vid.*) studio I: $PHTCA$ coluisse procaci] *in ras.* Z^2 9 *om.* Z^* procedet ACL^* precedit S II: FI 11 laudum] laudem YZ^* laude $X\Pi$ lividum A dudum HL^*P^*ST III: $GLKE$ (laudum $H^{ss}T^{vl}$) VWZ^2

Materia est adiecta viro! Primordia casta
In luxus regione serit, fructusque pudicos
Multiplicat lascivus ager. Cui nescia post haec
Difficilisque foret cum sic videatur honestas
De turpi coepisse loco, pars ne qua vacaret
A meritis ieiuna? Tamen molitur iniquus
Eloquio certare magus; contraria semper
Virtuti fecere viam; iaculata retorquens
Ecclĕsiae bellator ait: „Fallacia monstrat
Quo pereas genitore satus; confinia mortis
In tenebris patiere tuis, neque cernere solem
Tempus adusque datur rerumque attendere formas
Artificem quibus esse negas.“ Tunc nubila vultum
Caeruleis fixere notis, et pectoris atri
Venit in ora color; quaerit iam calle negato
Quo duce tutus eat, cuius pede gressibus instet,
Quis tribuat miseratus opem; vacuasque per auras
Erroris palpavit iter. Pro consule Paulus
Mox didicit lucere fidem, cui causa videndi
Nox aliena fuit. Non sunt nova, Paule, salutis

16—17 *cf.* Ov. *Ex. Pont.* IV 15, 6 a meritis eius pars mihi nulla vacat; Claud. *In Eutr.* II 483 leto pars ne qua vacaret 18 magus] Act. 13, 6 21 *cf.* Stat. *Theb.* IV 615 confinia mortis 24—25 *cf.* Claud. *In Pan. Prob. et Olyb.* 214—215 vultu / caeruleis . . . notis 24 *cf.* Ov. *Met.* V 512 nubila vultu; *sic etiam* Stat. *Theb.* II 56 26 *cf.* Ov. *Amor.* II 5, 34 venit in ora pudor; *idem Her.* XXI 168 transit in ora rubor; Luc. *Phars.* IV 240 venit in ora cruor 27 *cf.* Stat. *Theb.* II 539 quo duce; Verg. *Ec.* IV 13 te duce 28 *cf.* Stat. *Theb.* X 3 miseratus opes 29 Paulus] Hieron. *Ad Philem.* (*PL* XXVI 640c); Act. 13, 7 30 *cf.* Verg. *Ec.* I 26 tibi causa videndi 31 nox aliena] Act. 13, 11

---

14 cui] interrogative dicit *H* 28 tribuat] sibi ♃ 30 fidem] dei *C* cui] proconsule paulo sergio *T* 31 apostropham facit ad paulum ♃ Paule] apostole *T*

I: *PHTCA* 17 iniquus] iniqus Ω iniquos *YZ** iniquo *X* iniquis *Ξ** 20 monstras *KY, Z* ut vid.* monstrant *U*ΛΛ* monstrans *I*, P* ut vid., T**
II: *FI* 26 ore *P* 27 erat *C*I*L*VYΛ*Ξ** erat eat *P**
III: *GLKE*

Obsequia; e tenebris lucem bene surgere nosti.
Omnia secretam reserant documenta figuram:
Si libeat vigili pulsare latentia sensu,
Iure docens Paulus miracula condere coepit
Ex oculis, iubar unde sui micat altius oris
Amisso crescente die; sic nuper iniquum
Subdere dignus erat tenebrisque fatentibus hostem
Vincere qui caecus meruit sine fine videre.

De eo ubi sanctus Paulus Antiochiae synagogam ingressus manu silentium indixit; ibique ⟨de⟩ egressu Israelitici populi ex Aegypto per mare et ubi diversa mirabilia facta sunt in deserto, vel de testimonio Iohannis Baptistae eo quod perhibuit de Iesu pariter praedicavit.

de] *om. codd.*

Antiochi dictam de nomine visitat urbem
Paulus et extemplo properat dare verba catervis
Quas synagoga tenet dextraque silentia mandans,
„Nostis“ ait „patribus tellus Aegyptia nostris
Qua posuit feritate iugum, crudelibus arvis
Quos rapuit per signa Deus, quibus omnia cedens
Mutavit natura vices cum virga fugavit

32 tenebris ... surgere] Act. 9, 9; 9, 18 38—39 tenebrisque ... vincere] Chrys. *In act. Ap.* Hom. XXVIII 1 (*PG* LX 209—210) 40—95 *v.* Act. 13, 14—17 41 *cf.* Verg. *Ae.* II 376 et extemplo 42 *cf.* Luc. *Phars.* I 298 dextraque silentia iussit 44 iugum] Exod. 1, 11—14 45 signa] Exod. 3, 20 *et saepe* 46 *cf.* Sedul. *Pasch. Carm.* I 141 mutavit natura viam; Stat. *Silv.* I 2, 156 nec servat natura vices virga] Exod. 14, 16; 14, 21

33 secretam] mysticam ȝ figuram] allegoricam *O* allegoriam *Π* 34 figura mystica *O Θ* 38 dignus] paulus ȝ hostem] magum ȝ 43 tellus] metaphoricos *Λ* 44 crudelibus] de asperis ȝ

32 e] et *A C G* H J P T V W Γ Δ* Λ Ξ² Π* a *ut vid.* *Ξ** *om.* *F Z² Δ²*; I: *P H T C A cf. de l. cr.* 34 liceat *Φ Ψ* 35 iura *M* T** 38 subdire *Y Z** II: *F I* tenebrisque] tenebris *Z* Ξ* patentibus *F I U Ξ* (q; *Ξ*ˢˢ) *Φ* 41 et *om.* III: *G L K E P* V Y* exemplo *A K P T* Y Z Θ* Φ**

Terga maris fluctusque suis stetit exsul ab oris
Pulvereo de calle placens pontique facultas
Obsequio est subiecta pedum, redeunte profundo
Naufragium factura reis, quae vertere iussa
Per varios sua iura modos his stravit arenas,
His cumulavit aquas; iustis via, sontibus unda.
Cum percussa silex venis spumavit apertis
Aequoreos enixa lacus de vertice sicco
Flumineum largita vadum, non pristina morem
Gessit origo suum veterem nec praebuit usum
Dona novella ferens, quam lex aeterna coegit
Non innata sequi disiunctaque semine monstrans
Posse dari, de rore dapes, de caute liquores.
Nam ne pauca piis fluerent miracula causis,
Saxa vomunt latices, et inundant nubila panes,
Aeriusque liquor solidis induruit escis,
Quaeque diu vacuas tenuerunt agmina fauces

47 exsul] Exod. 14, 21; Venant. Fort. *Carm.* IV 1, 17 exsul ab oris; *sic etiam ibid.* VI 8, 5; Stat. *Theb.* I 312 exsul ab oris; Verg. *Ge.* III 225 exsulat oris 48 pulvereo] Exod. 14, 21 49—50 redeunte ... reis] Exod. 14, 28 50 *cf.* Verg. *Ae.* X 35 vertere iussa 51 *cf.* Ov. *Amor.* II 11, 47 sternentur harenae 52 *cf.* [Verg.] *Cul.* 148 fontibus unda; Ov. *Met.* III 27 fontibus undas; Luc. *Phars.* IX 383 fontibus undae 53 percussa] Num. 20, 11 56 *cf.* Ov. *Met.* XIII 782 quae praebuit usum 59 *cit. ab* Aldhelm. *De metr. et enigm.* CXIII (*MGH* Auct. ant. XV 153, 6) de rore ... liquores rore] Exod. 16, 14—15 62 *cit. ab* Aldhelm. *De metr.* CXIII (*MGH* Auct. ant. XV 153, 8) aereusque ... escis

48 placens] iudaeis *C* 50 naufragium] acyrologia *T* quae] facultas *T* natura ȝ natura *vel* virga *C* 57 quam] originem *G* 58 semine] semina vocat cibos *C* a sui origine *T* a suo ȝ a principio suo *O* natura *O* 59 dari] a se *C* 61 inundant] multiplicant *C* de caelo mittunt *T*

I: *PHTCA* 57 quam] quia *CPVΓ* 58 innota *S* W* semina *ACDFG²H*
II: *FI* *I*LSUVWXΓΘ²ΠΣΨ*Ω* (semine L^{vl} U^{vl}) monstrat $H^{2}X^{vl}ΠΣΨ$ȝ
III: *GLKE* monstrant *H*T*UWXΞ* monstras I^{2} 61 vomant *M*P, S* ut vid.* movent *T** 62 aetherius *JΛ* (eus *Λ**)

Frugiferis saturantur aquis, nimbique coloni
Dant epulas, pluviamque vorant, et manditur imber.
Sic invicta manus, sic gratia plena Creantis
Scit querulos nutrire greges et ponere sacros
In patria meliore choros, ut ventris amoeni
Fructus ad aeternae florescat semina vitae.
Davidica nam stirpe satus genetrice Maria
Christus adest, quem tota canunt oracula vatum
Venturum sub carne Deum seseque creantem
Virgineos intrare sinus. Evolvite quicquid
Sabbata vestra tegunt: Typicae documenta figurae
Perspicitis fulgere sacri praesepibus Agni,
Cuius ab igne senes hauserunt dicta prophetae,
Et dedit ante loqui quod coepit postea nasci.
Clamavit virtute potens Baptista Iohannes:
‚Non ego sum; post me veniet cui tangere non sum
Calceămenta pedum dignus neque solvere summam
Quae ligat excelsas humilis corrigia plantas.‘ “
Quam bene vox Pauli cecinit praecepta lavacri

67 querulos] Exod. 16, 3 68 in patria meliore] Exod. 13, 5 69 *cf.* Verg. *Ae.* VI 6 semina flammae 70 Davidica ... stirpe] Matth. 9, 27 71 vatum] Isa. 9, 6; Ov. *Ex Pont.* II 55 oracula vatum; Verg. *Ae.* II 114 oracula Phoebi 73 virgineos ... sinus] Isa. 7, 14 75 *cf.* Verg. *Ae.* VII 17 praesepibus ursi 78 Venant. Fort. *Carm.* II 12, 5 virtute potens; *sic etiam ibid.* IX 1, 100 79 non ... sum] Ioh. 1, 21; Act. 13, 25 79—81 post ... plantas] Marc. 1, 7 80 summam] Ioh. 1, 27 corrigiam calceamenti; Luc. 3, 16 corrigiam calceamentorum; *sic etiam* Marc. 1, 7; Matth. 3, 11 calceamenta

65 acyrologia *T* vorant] iudei ȝ 69 fructus] christus *vel* filius dei *C* 74 Sabbata vestra] prophetarum mystica inquirite in hoc quod legitis in sabbatis vestris *F* figurae] allegorice ȝ allegoriae *IΠ* 77 dedit] christus *vel* spiritus sanctus *C* nasci] ag *L* 80 summam] corrigiam *G* 82 poeta *O* figura mystica *O*

74 legunt *A G* H, T** (tegunt T^2T^{mg}) *U W, ΓΘΩ*, *egunt V^2 76 auxerunt *T* Θ** 77 nosci $AE^2GJ^2KLOS^{vl}T^*\Lambda$ nåsci *M* 79 venit *CF*PVYZ*Σ* 80 calceamenta, *cf. de l. cr.* 81 quae] qua *CΛ²* 82 quam] quem *A* qum *C*

I: *PHTCA*
II: *FI*
III: *GLKE*

Permiscens antiqua novis! Nec Epistola cessat
Haec iterare docens: „Patres baptismate nostri
In Rubro fulsere freto sub nomine Moysi
Per legem cum petra simul sequeretur euntes;
Nam petra Christus erat. Quid, adhuc, gens dura, requiris?
In libris sonat ecce tuis: ‚Ne credere tardes.‘
Consule signa maris, quae mystica dona susurrant
Temporibus ventura crucis, cum sanguine Iesus
Tinxit aquas laterisque uno de vulnere fluxit
Quod vitae tria dona daret. Rubor aequoris ille
Causa futura fuit: Sic Conditor abluit omnes,
Sic emit; hic pretii color est in gurgite ponti,
Apparentque vado miracula debita ligno.“

De eo ubi sanctus Paulus iterum in eadem synagoga de passione Christi vel de monumento et resurrectione sub testimonio Davitico praedicavit; et cum aliqui credidissent Iudaeis prohibentibus ne loqueretur, dixit se gentibus praedicaturum; et qui erant gentiles ibidem crediderunt.

84—85 baptismate ... freto] I Cor. 10, 2—4 86 *et* 87 petra] I Cor. 10, 4; petra] *de figura cf.* Justin. Mart. *Dialog.* 86 (*PG* VI 681 a) *λίθος Χριστὸς ... συμβολικῶς ἐκηρύσσετο* 88 ne credere tardes] Luc. 24, 25; Habbac. 1, 5; Num. 14, 11; Isa. 43, 10 89 signa maris] Bed. *Ex. act. Ap.* I 3 90 *cf.* Verg. *Ae.* V 328 cum sanguine Nisus sanguine] Ioh. 19, 34 92 rubor] Exod. 13, 18 93 abluit] Apoc. 7, 14

---

83 epistola] pauli *C* 92 tria] remissionem peccatorum immaculatam conversationem et post haec vitam aeternam *C* 93 causa] passionis christi *C* 94 emit] per mortem *C* 95 ligno] cruce christi *C*

I: *PHRTCA* II: *FI* III: *GLKE* 87 quod *AE* (quid E^{vl}), G^2 *ut vid.*, *IKLMTYZ*ΘΛ* dura] surda *ADEGHJKLMORy STUWΔΘΛΠΣΦΨΩ*[1]*[2], cf. petra* 88 nec *CL* M*STVWΔΨ* 94 ponti] fontis *F* fonte *I** fonti I^1 *YZ** ponti I^{vl}; *post* 95 *versus* II 544—547 *inseruit* L^*; *del.* L^2 *adnotans*: In sexto folio sequentia invenies · Saepius obscuris *i. e.* II 96 *init.*

Saepius obscuris radios infundere fervens
Mentibus haec rursus memoravit in ordine Paulus:
„Postquam signa Dei carnis vestitus amictu
Christus ubique dedit faciens manifesta quod orbi
Venerit ipse salus, stimulis agitata furoris
Impia turba fremens petit hunc a iure Pilati
Suspendi figique cruci: Terrena propago!
Vota quod optanti non possint omnia ferre,
Sponte salutiferi cesserunt munera Christi,
Qui libertatis pretium tibi venit ab astris
Perdita restituens tumulisque iacentia tollens.
Respice quam proprio maneas obnoxia regi;
Ne pereas, vult ipse mori; post tristia facta
Quin etiam custode dato signare sepulcrum
Ad geminum voluere nefas Dominoque paratam
Surgendi damnare viam. Pro caeca voluntas!
Quae putat aeternum mortali lege teneri

96—102 *v.* Act. 13, 23—28 100 salus] Luc. 19, 10 Verg. *Ae.* XI 337 stimulisque agitabat; *ibid.* VII 405 stimulis agit 101 *cf.* Ov. *Met.* III 629 impia turba petit... Pilati] Luc. 23, 21; Hieron. *In Isa.* XIV (*PL* XXIV 509c); Act. 13, 28 petierunt a Pilato 104 *cf.* Iuvenc. *Hist. Ev.* II 361 numera Christi; *sic etiam ibid.* II 381; Paulin. Nol. *Carm.* XXVII 43 (*CSEL* XXX 264); Dracont. *De Laud. Dei* III 232 (*MGH* Auct. ant. XIV 98) 106 perdita] Matth. 18, 11 108—132 *v.* Act. 13, 30—50 108 vult ipse mori] Ioh. 10, 15 109 custode dato] Matth. 27, 66 signare sepulchrum] Matth. 27, 66 110—111 paratam... viam] Matth. 16, 21; *cf. ibid.* 27, 63; 27, 66 112 Verg. *Ae.* XII 819 lege tenetur

101 a iure] a potestate ℬ 102 poeta *OΛ* 103 parenthesis *H* ferre] praestare *C* 107 obnoxia] culpabilis *C* 110 geminum] cruci fixerunt... lapidem opposuerunt sepulchro *I* 111 poeta *O* surgendi] resurgenti *HOTΠ* regenti ℬ resurrectionis *X*

103 possunt *ACFI*^{vl} *S* (potuerunt *S*^{ss}) *VΓΔΞ*Π*Φ*ΨΩ* possent I: *PHRTCA EGKMOT*ΛΞ*^{2}ℬ poss[..]t*Z*^{2} possint *Z*^{3} pos***sint *P*, *cf. de l. cr.* II: *FI* *Hic* possint *est quod obliquae orationis vocatur.* 111 surgenti *CFHJT** III: *GLKE UVWΓΠ*ℬ, *cf. de l. cr.* voluptas *I*^{2}*YZ**

Et non posse sibi post funera reddere membra
Qui totiens aliena levat. Meministis ab ore
Davidicae pesonare lyrae: ‚Corrupta vetabis
Sanctum nosse tuum.' Poteratne in pulvere leti
Ferre moras qui vita manet, quem suscitat Auctor
Nil patiens de morte Deus? Mors denique victa est
Vincendi transgressa modum, quae iudice tacto
Linquere iussa reos, spoliis vacuata vetustis
Per sua bella cadit; veniensque absolvere vinctos
Non retinendus erat; sors ultima coepit Averni
Iam vita praesente mori, quaeque omnia subdens
Ante fuit, tunc ipsa perit; triduoque peracto
Lucis iter quod fecit adit, quo tota resurgit
In Domino natura suo; de lege videtis
Laxari non posse neces; hunc quaerite cuius
Sanguine mundati regno sociamur herili,
In cuius iam parte sumus sub pignore carnis
Quam voluit portare Deus." Tunc dogmata quosdam
Ecclĕsiae dant ista viros. Vetuere loquelas

114 totiens ... levat] Ioh. 11, 43–44 (Lazarus); Luc. 7, 14–15 (viduae filius); Marc. 5, 22; 5, 35–43 (Iairi filia); Luc. 7, 22 (mortui resurgunt) 115–116 Davidicae ... lyrae] *Ps.* 15, 10 corrupta vetabis] Act. 13, 35 non dabis Sanctum tuum videre corruptionem 117 vita] Ioh. 14, 6 118 mors ... victa] I Cor. 15, 54 119 transgressa modum] Luc. *Phars.* IX 794 egressa modum; *sic etiam* Stat. *Theb.* X 834 121 absolvere ... vinctos] Isa. 61, 1 125 *cf.* Verg. *Ae.* X 162 noctis iter 126 lege] Deut. 4, 24–26 128 sanguine] Apoc. 7, 14 regno] Matth. 7, 21 130 *v.* Ioh. 1, 14

114 meministis] vox pauli *H* 119 iudice] christo ♃ 123 vita] christo *C* 124 ipsa] sors *C* 125 adit] christus *C* quo] itinere *C* 126 natura] homo ♃ 129 cuius] dei *C* 130 redit ad narrationem *Π* portare] assumere *C* dogmata] pauli *C* 131 vetuere] iudaei *C*

I: *PHRTCA* 116 in *om. IPYZ** 118 faciens *H*W* 119 qui *P* quia *R*
II: *FI* tanto *FIT²X* (tacto X^{vl}), *Σ* ut vid.* 124 triduo, *cf. de l. cr.* 126 vide-
III: *GLKE* tis] videntis *PY*Z*, Θ* ut vid.* 128 sociamur] sociemur *DG²ΔΠ* satiamur *W* potiamur *CV*

Ulterius proferre pias. O semper inanis,
O sterilis Iudaea tibi, quae semina vitas,
Ne fructus afferre queas! Quibus ore magistro
Paulus ait: „Vos ista quidem, vos nosse deceret,
Ast aliis hoc lumen erit, nam Scripta fatentur:
‚Lumen in extremis posui te gentibus esse.‘“
Gentiles stupuere globi fontemque secuti
Sumere promissae cupiunt novitatis honorem
Et lympha genetrice sati meruere renasci.
Convenior ratione loci pro munere tanto
Historiae pulsare fidem, quae prodidit olim
Cum populos gentesque duas in ventre Rebecca
Ferret et angustis includeret agmina muris
Consuleretque rogans oranti corde Tonantem,
Responsum meruisse Dei: „Prior“ inquit „in istis
Inferior breviorque manet, maiorque minori
Serviet, et iuvenis palmae potietur honore.“
Quicquid in hoc utero fecunda puerpera gessit,
Eccl̆esiae conceptus habet, formamque sequentem
Gentilis concursus agit, qui crescit in alvo
In qua victor erat; quod iam meminisse necesse est

132—140 *v.* Act. 13, 46—50 136 Scripta] Isa. 42, 6; *ibid.* 49, 6; Luc. 2, 32 137 *cf.* Verg. *Ae.* 1, 17 gentibus esse 138—140 *v.* Act. 13, 48 142 historiae] Gen. 25, 22 143—152 gentesque ... Rebecca] Gen. 25, 23; Tertull. *Adv. Iudaeos* I (*PL* II 636) ex utero Rebecca duo populi ... 143 *cf.* Verg. *Ae.* VI 706 gentes populique 152 victor] Gen. 25, 23 Verg. *Ae.* VI 514 meminisse necesse est

---

133 sterilis ... tibi] infecunda ... tibi *X* 134 quibus] iudaeis *C* 140 exemplum *R Θ* 141 convenior] cogor *vel* ducor *C* compellor *S* 143 Rebecca] rebecca interpretatur patientia *Π*[3] 146 meruisse] rebeccam *T* 149 figura mystica *S* 150 formam] iacob *C* 151 habet iudaea figuram esau *C* qui] iacob *C*

---

133 vetas *CVW* 134 offerre *YZ** 135 doceret *AR*Y* diceret *P* 141 convenior *sicut in rebus iudicialibus* compellor *Ξ*[2] *inter* 144 *et* 145 *versus insertos eras.* *Θ** 146 in / ab *CV* 151 ait *C*F*T*X* Θ**

I: *PHRTCA*
II: *FI*
III: *GLKE*

Et studiis celebrare bonis, famulemur ut illi
Cuius ab affectu nos contigit ante vocari
Quam nasci, qui dona prius quam tempora praestat.

De eo ubi sanctus Paulus in Lystris claudum ex utero matris qui numquam ambulaverat praedicante eo fidem habere incipientem curavit; cui sacrificare voluerunt; quos allocutus de veteri eorum superstitione admonuit ut Christo credere nunc deberent.

Iamque Lycaonios incedens passibus agros
Lystram Paulus adit. Fuit hac tunc claudus in urbe
Supplicio comitante satus, vestigia ferre
Nescius ex utero; membris pars coeperat aegri
Se nascente mori. Comperto dogmate Pauli
Quo monitore piae tendunt ad sidera mentes,
Mox voluit divina sequi. Bene, claude, iacebas
Has primum graditure vias; petis aethera sensu
Cum necdum movearis humo, pedibusque negatis
Longius ire vales. Paulus speculatus in imo
Pectore quid caperet claudique fidelis amorem
In verbo iam stare Dei sic clarius infit:
„Surge citus rectusque tuis imponere plantis!“

---

153 *cf.* Verg. *Ae.* IV 641 studio celerabat 154 ante] Rom. 9, 11 156—205 *v.* Act. 14, 7—18 159 membris ... aegri] Act. 14, 7 infirmus pedibus 161 *cf.* Verg. *Ae.* I 93 ad sidera palmas; *sic etiam* Ov. *Met.* IX 175; Stat. *Theb.* I 497 165 speculatus] Act. 14, 9 intuitus eum et videns quia fidem haberet ...

---

153 illi] christo *C* 155 metaphora *T* dona] vocationis *C* tempora] nativitatis *CM* 159 utero] matris *GH* 160 nascente] statim ut natus est *C* 161 parenthesis *HR* 162 vox poetae *T* poeta *Λ* voluit] ipse clodus *C* 166 caperet] clodus *C*

I: *PHRTCA* 154 effectu *F*GI*ΞΨ*Ω* affet unus *AR** 156—190 *om. M*
II: *FI* 159 membri *CL*FHJ*PR²S*T²VWΠΦΨ²* matris *Δ*, *cf. Argumentum supra* 162 iacebis *H²J*R*Π** 164 homo *YZ* 166 cuperet *K*
III: *GLKE*

Exsequitur praecepta salus, et calle novello
Progreditur persona vetus motuque frequenti
Pulsat ubique solum perque omnia currere temptans
Saepe timet, quod nescit, iter, modo gressibus ortus
Annoso languore senex; quod ut agmina cernunt,
Exclamant divumque vocant ac serta ministrant,
Ut mactanda feri procedat victima tauri.
Paulus ad haec tunicam rumpit festinus aperta
Sic prohibens ratione viros: „Sollemnia nobis
Cur, precor, ista datis, fragili quos corpore constat
Terrena sub lege premi? Fuit impius olim
Religionis honor, cum numina fusa metallis
Artifices timuere sui, cum templa dicarent
Abscisis de rupe deis. Tunc forte licebat
Innocuos mactare greges fibrasque tepentes
Consulere et vocem pecudis morientis in extis
Quaerere; nunc libeat vanis cessantibus aris
Aeterno parere Deo, qui semina vitae
Praebuit et variis proventibus arva locavit,
Cuius ab imperio plenis consurgit aristis
De grano moriente seges palmesque recisus

---

169 *cf.* Verg. *Ae.* VI 236 exsequitur praecepta 173 *cf.* Val. Fl. II 227 velut agmina cernant 174 divumque vocant] Act. 14, 11 175 *cf.* Luc. *Phars.* III 255 procederet ungula Tauri 176 rumpit] Act. 14, 13 177 *cf.* Verg. *Ae.* VIII 185 sollemnia nobis; *sic etiam* Prop. II 33, 1 180 *cf.* Sil. Ital. II 516 fusa medullis 181 *cf.* Stat. *Theb.* II 728 templa dicabo; *idem Silv.* I 1, 105 templa dicamus 185 *cf.* Claud. *De Sext. Cons. Hon.* 26 cessantibus aras 187 arva locavit] Act. 14, 16 (*Vulg.*)

---

172 iter] ambulationem *C* ortus] natus *C* 181 sui] pro sua *FHIΘΠ*[3] pro sui *X* proprii *ST*

---

172 quod] qui *CV** ortis *H*J*W* 173 quod] quem *H** q; *P* I: *PHRTCA* quid *E* 176 rupit *ADEGKL*[3]*O* (rumpit *O*[vl]) *RTΘ*A* 178 con- II: *FI* stat] restat *AR*T** 181 suis *Π*[2]*Ψ** 182 abscissis *GJV* abscisi *A* III: *GLKE* 184 pecudis] populis *R**

Vulnere conceptas fecundius educat uvas,
Quo moderante polum succedunt solibus imbres,
Tempora temporibus, quae cum fugitiva recurrunt
Post sua terga, vagi constantia permanet anni.
Discite iam verum sacra de Virgine natum
In terris celebrare Deum nec vota feratis
Lanigero damnosa gregi, quos liberat Agnus
Unicus, ablutum qui sanguine comparat orbem."
His dictis instructa fides; sed corporis usus
In geminum processit opus duplicemque figuram
Personat una salus, toto quod in aequore mundi
Ecclĕsiae duo sunt populi per verba duorum,
Cui plenas captura duas facit esse carinas.
Namque haec humano generi collata vicissim
Claudorum docuere pedes, quibus adstat imago
Singula quaeque gerens, populo communis utrique.

---

190 *cf.* Ov. *Ex Pont.* I 3, 51 educat uvas; Catull. 62, 50 educat uvam 191 *cf.* Claud. *De Cons. Stil.* I 144 sustentante polum Verg. *Ec.* VI 38 nubibus imbres 192 tempora] Act. 14, 17 196—197 quos ... orbem] Apoc. 7, 14 198 *cf.* Iuvenc. *Hist. Ev.* I 514 corporis usus; *sic etiam* Prud. *Cont. Symm.* II 988; Dracon. *De Laud. Dei* II 473 (*MGH* Auct. ant. XIV 82); Sedul. *Pasch. Carm.* III 91 corporis usu; *sic etiam* Alcim. Avit. I 112 (*MGH* Auct. ant. VI 2, 231); *ibid.* IV 176; *ibid.* V 73 200 *cf.* Verg. *Ae.* VII 781 aequore campi 201 duo] *de figura cf.* Maxim. Taur. *Serm.* CVII (*PL* LVII 746a) 204 imago] Bed. *Ex. act. Ap.* XIV 7; Aug. *Civ. Dei* XVI 38 (*CSEL* XL 2, 195, 20—22) 205 *cf.* Ov. *Met.* IV 66 communis utrique

---

195 in terris] aut in terris natum aut in terris celebrare *I* 197 comparat] emit *C vel* redemit *C* 198 expositio *H* corporis] claudi *C* usus] sanatio *C* 199 figura mystica *O* 200 quod] eo quod *X*ª eo *FΠ* aequore] planitie *vel* campo *C* 201 duorum] apostolorum petri et pauli *C* 202 captura] praedicatio ª 203 haec] dona vocationis *vel* misteria *H*

I: *PHRTCA* 192 qui *P* 194 virum *AR** 196 lanifero ª 197 ablatum
II: *FI* *I*Γ*Λ* 201 sint *ADE²F²IMOR*S*TUV*XYZ*ΘΩ*, *cf. de l. cr.*
III: *GLKE*

Quem Petrus antiquis tribuit consurgere plantis
Ad portam vicinus erat; gens venit ab illo
Circumcisa loco, Psalmi, Lex, atque Prophetae
Cui Christi cecinere diem. Quem Paulus ab arvis
Erigit ad templi numquam consederat aedes
Longinqua tellure iacens, quia gentibus orsus
Coepit ab ore pio solidae vestigia mentis
In turbas proferre rudes populoque mederi
Quem latuit vox prisca Dei. Sic claudus uterque
Cum properat, genus omne levat, gentisque salutem
Personae signavit iter, quae gloria rerum
Contulit ut Petro Paulum gerat ordo secundum,
Qui fundamentis manet architectus in illis.
Ut tamen Auctoris memoremus ad omnia laudes,
Hi duo sunt caeci properantibus undique turbis
Qui Domino dixere simul: „Fili optime David,
Da tenebras exire graves, da cernere lucem
Quam nescimus adhuc!“ Subitum tunc illa medelae
Semper amica manus iubar intulit, atque reliquit

206—208 *v.* Act. 3, 1—11 207 ad portam] Act. 3, 2 208—209 Psalmi ... diem] Ps. 131, 10 208 Prophetae] Isa. 7, 14; 9, 6; Ier. 23, 5 210 ad ... aedes] Act. 14, 8—10 211 *cf.* Luc. *Phars.* IV 605 tellure iacens 212 *cf.* Sedul. *Hymn.* 1, 2 ore pio 214 uterque] Act. 3, 2—10; *ibid.* 14, 7—11 215 *cf.* Verg. *Ge.* IV 171 cum properant 216 *cf.* Verg. *Ae.* IV 232 gloria rerum 219—241 *v.* Matth. 9, 27—31 220 duo] *de figura cf. supra* I 207 duo caeci] Matth. 9, 27 224 *cf.* Ov. *Trist.* III 3, 44 amica manus; *sic etiam* Ov. *Her.* X 122; Stat. *Theb.* IV 26; Mart. IX 41, 2 Luc. *Phars.* V 456 iubar extulit 224—225 reliquit ... oculos] Matth. 9, 30

---

206 figura mystica *R* 209 cui] genti *C* quem] claudum *C* 211 quia] paulus *T* orsus] praedicare *T* 216 admiratio poetae *C* admiratio *R* personae] claudi *C* 218 qui] paulus ♃ fundamentis] in illis gentibus ♃ 219 poeta *M* auctoris] christi *C*

---

209 cui] qui *PS* VWZ²ΞΩ* 210 consederet *R** considerat *AH*PYZ*Θ** 211 quia] qui *E²FIK²Y²*♃ 215 lavat *AW** 220 turmis *CHΨ* 223 subito *FIL²XΦ*

I: *PHRTCA*
II: *FI*
III: *GLKE*

Nox oculos, exsulque dies illuminat orbes,
Expavitque redux inopina crepuscula visus.
Hos populos liquet esse duos quos noxia venae
Caecavit natura suae; clementia Iesu,
Cum celebravit iter, cum tempora carnis habere
Se voluit, de luce novat purgatque figuram
Quam delicta dabant, moxque integra fulsit imago
Quae meruit sentire Deum: Pars iuncta cerebro
Maxima sunt oculi; creat hos in munere Christus,
Qui caput et splendor rerum est. Pars omnibus ima
Sunt in fine pedes; hos sanat in aggere cura
Vocis apostolicae, quoniam speciosa vocantur
Quae pacem cunctis portant vestigia terris.
Exortum est lumen tenebris per dona Magistri.
Hi statuunt gressus quibus est sors tradita verbi,
Ut vigeat medicina sequens bonitate prioris
Paulatimque salus in totum transeat orbem.

---

225 *cf.* Stat. *Theb.* IX 40 nox oculos orbes] *infra* II 932—933; Verg. *Ae.* XII 670 oculorum orbis; Val. Fl. IV 235 rotat... orbes; Stat. *Theb.* I 53 vacuos orbes; Soph. *Antig.* 974 *ἀλαστόροισιν ὀμμάτων κύκλοις* 229—230 tempora... voluit] Heb. 2, 14 232 *cf.* Sil. Ital. XII 639 sensere deum 233 creat... Christus] Matth. 9, 27—29 Iuvenc. *Hist. Ev.* I 419 munera Christus; *sic etiam ibid.* III 32 235—236 pedes... apostolicae] Act. 3, 2; 14, 8—10 236—237 speciosa... pacem] Isa. 52, 7 238 lumen tenebris] II Pet. 1, 19 *cf.* Verg. *Ae.* VIII 729 dona parentis 240 medicina] Matth. 10, 8

---

225 orbes] oculos *T* 227 venae] originis *C* 229 iter] mundi *T* cum... habere] cum voluit sub conditione humana et habere tempora veluti alii homines manens in carne *T* 230 de luce] de se ipso ȝ novat] illos ȝ figuram] caecitatem ȝ 231 imago] ecclesia *C* homo *T* 232 cerebro] capiti *vel* christo *C* 233 oculi] apostoli *C* 235 in aggere] in via *C* in multitudine *I* 237 vestigia] pedes *C* 239 quibus] apostolis *C* 240 prioris] christi *C*

I: *PHRTCA* 227 hos] qos *I* os ȝ licet *PYZ** 237 cunctis] in cunctis $\Pi^2\Psi$
II: *FI*
III: *GLKE*

De eo ubi sanctus Paulus post multa in praedicatione certamina Iudaeis baptizatis pertulit quaestionem ne ex gentibus baptizaret priusquam circumciderentur. Unde Ierosolimis consuluit et beatus Petrus admonuit, quod omnes Apostoli sunt secuti, hoc gentibus non imponi.

Iam rabidas hominum Paulus superaverat iras;
Velificante fide subitas vomuere procellas
Iudaica de nube doli non primitus ulli
Posse lavacra dari quam circumcisio carnis
Accedat de Lege Dei. Gens dura, quid ultra
Ad lapides ferrumque vocas? Hoc umbra figurae,
Non species mansura fuit; simulata relinque,
Quae iam certa vides; Christi processit ab ore
Vita manens omnesque iubet de fonte renasci
Qui veniunt. Cur membra secent partemque resolvant
Cum totum salvare queant? Ne quaere vetusto
More premi novitatis opem deflexaque retro
Lumina constitui postquam via rectior omnes

242 rabidas... iras] Act. 14, 19; Ov. *Met.* VII 413 rabida... ira; Stat. *Theb.* III 96 rabidae... irae; Sedul. *Pasch. Carm.* III 40 rabidas... iras 243—280 *v.* Act. 15, 1—5 246—247 gens dura... figurae] Iustin. Mart. *Dialog.* 16 (*PG* VI 509); *ibid.* 19 (*PG* VI 516b—517b) *περιτομήν* 246 lege] Exod. 12, 48—49 Verg. *Ae.* V 730 gens dura Verg. *Ae.* III 480 quid ultra; Claud. *De Sext. Cons. Hon.* 293; Stat. *Theb.* XI 185 quid ultra est; *sic etiam* Iuv. VI 190 248 *cf.* Ov. *Met.* XV 252 nec species sua cuique manet 250 vita manens] Ioh. 11, 25 iubet] Matth. 28, 19 251 *cf.* Ov. *Ib.* 273 membra secet 252—253 *cf.* Verg. *Ae.* XI 142 vetusto / more; Luc. *Phars.* I 584 more vetusto; Ov. Fast. II 301—302 vetusti / moris

243 vomuere] iudaei *C* 244—246 non... Dei] dicebant illi iudaei ℶ 245 quam] antequam ℶ 246 poeta *M* quid] apostropha *I* 247 hoc] opus *vel* circumcisio carnis ⊐ ℶ hoc] fuit ℶ 248 species] materies *I* 250 poeta *A*

242 rapidas *CGPTWΞ, cf. de l. cr.* 248 relinquit *AT*YZΘ* relinqt *R** 249 quae] quem *AR om. YZ**

I: *PHRTCA*
II: *FI*
III: *GLKE*

Dirigit et caesis illustrat sentibus orbem.
Lite sub ambigua Paulus loca tendit ad urbis
Cui radiant monumenta crucis sanctosque revisit
Iuris apostolici proceres, quibus omnia praesens
Quae sint gesta refert. Petrus, cui maxima cura est
Commissos augere greges, ad pascua cunctos
Se duce laeta vocans has explicat ore loquelas:
„Cernitis Aeternum saeclis memorata vetustis
Quae populo docili cecinerunt ore Prophetae
In nobis complesse Deum, qui maluit emptor
Omnibus esse salus, nullum discernere passus
In pretio quo vita redit; mihi iussit apertam
Gentibus hanc monstrare viam; quid vota morari
Tardarique iuvat, quidve haec aenigmata cana
Misceri cum luce nova? Quos gratia purgat,
Ut veniant lex nulla vetat. Caelestis amoris
Materia est festina fides; hanc Christus adoptat,
Hanc facit esse suam; qua quisque merebitur uti,
Circumcisus adest et iure renascitur undis.“

255 illustrat... orbem] Matth. 5, 14 256 loca... urbis] Act. 15, 2 259 *cf.* Verg. *Ae.* I 678 maxima cura; Ov. *Trist.* IV 3, 17 maxima cura est 260 commissos... greges] Ioh. 21, 15—17 261 *cf.* Verg. *Ec.* IV 13 te duce explicat] Act. 15, 7—11 Verg. *Ae.* V 842 ore loquelas 264 emptor] Isa. 49, 26 265 omnibus... salus] Isa. 52, 10 266—267 mihi... monstrare] Matth. 16, 19; Ioh. 21, 15—17 267 *cf.* Ov. *Met.* VIII 71 vota moratur; *idem Her.* XVIII 5 vota morantur; *ibid.* XIX 95 vota morantes; Iuv. XIV 250 vota moraris

261 pleonasmus *T* 262 aeternum] deum *I* 263 docili] docente *C* 266 in pretio] sui sanguinis ♃ mihi] petro ♃ 268 aenigmata] circumcisionis *T* cana] antiqua *COT* vetera *Θ* vetusta *G* 273 circumcisus] in corde *T*

I: *PHRTCA*
II: *FI*
III: *GLKE*

255 caesis] cessis *F*P, YZ* ut vid.* illustrae *Y, Z* ut vid. post* illustrat (illustrae) *add.* causis *Y* ut vid., Z** sensibus *H*PY* 256 urbis] orbē *R** urbem *Θ*Ξ* 259 sunt *EGH*JL²MWΔΛΨΩ*♃ *post* 260 *versus* 261—264 *repetit in infer. marg. D²* 268 cana] canam *O*, G* prodest *FH^vl IR^vl UWXΔΠΦΨ*♃ 270 veniant] veniat *I*S** lex] lux *R*Ψ** 272 qua] quia *E*YZ*Λ* quam *A*

Pastorem statuere sequi; placet ergo ministros
Ire simul scriptisque piis absolvere gentes;
Hoc illis non stare iugum; tamen esse cavendum:
Ne simulacra colant, quorum libamina semper
Exsecranda forent; ne suffocata cruore
Quae maculantur edant; ne saevior hoste libido
Hos impura premat quos lux baptismate mundat.
Clarius ut liqueant huius documenta figurae,
Et progressa prius cur iam discedat imago,
Principium meminisse iuvat: Deus inquit: „Abrāham,
Ut testamentum tibi nunc subolique perenne
Constituas in carne meum, praeputia ferro
Circumcide libens et foedera necte superna."
Secretam scrutemur opem, videamus in isto
Vulnere pacta Dei quae testamenta recondit
Praescius, ut terris consortia iungat Olympi,
Quae didicit iurare puer qui primus ad undam
Repperit ecclĕsiae currentem fonte Rebeccam.
Corporis ille locus quo circumciditur Abram

274—276 placet ... iugum] Act. 15, 1—11 282 *cf.* Val. Fl. IV 37 abscedat imago 283 *cf.* Verg. *Ae.* I 203 meminisse iuvabit; Ov. *Met.* VII 797 iuvat O meminisse; Val. Fl. I 249 meminisse iuvet; *sic etiam* Stat. *Theb.* I 473; Claud. *De Bell. Goth.* 207 meminisse iuvat 284 testamentum] Gen. 17, 9—14 290—291 undam ... fonte] *de figura cf. supra* I 117 291 currentem ... Rebeccam] Gen. 24, 16 292—296 circumciditur ... truncata libido] *de figura cf.* Iustin. Mart. *Dialog.* 41 (*PG* VI 564d—565a) *περιτομῆς ... ἀπὸ ... πονηρίας*

274 statuere] omnes qui venerunt cum paulo *C* 276 non stare] manere *X* iugum] circumcisionis *C* 281 figura mystica *O* verba poetae *C* 282 progressa] data *T* imago] circumcisio *T* 287 vox poetae *T* 289 praescius] deus prognosticus *C* 290 puer] servus habrahe ℌ 292 figura mystica *ROΘ*

276 hoc / hocque *FIT*^{2} non stare] monstrare *AEGH*^{2}*K*L* I: *PHRTCA* *M*^{vl}*O*R*TU*ΔΘ*Λ* monstare *H** (non stare *H*^{3}); *cf.* monstrare II II: *FI* 267 278 ne] nec *R*^{vl}*Π* 279 ne ... libido] ne fornicatio rursus III: *GLKE* *C*MS** 280 hos] nos *AR** 281 liqueat *G*M** 282 discindit *R** discindant *A* decedat *D*

Luxuriam lascivus habet vitiique minister
Naturae sub lege iacet; pater ipse futurus
Seminis unde salus ad vitam pullulat orbis
Evacuat quod culpa gravat; truncata libido
Virgineum promittit opus; haec namque propago
Divinum concepit iter; hinc sacra Maria est
Ad partum generata novum, quae coniugis expers
Mater inest, natusque Dei de virginis alvo
Emicat atque hominem Mediator in omnia complet
Hinc terrena levans, illinc caelestia praestans.
Praeterit ergo vetus Christo nascente figura;
Haec facies ius omne novat, cultroque fugato
Spiritus ardescens cor circumcidit in undis.
Qui sanantur aquis ne figant vulnera membris.

De eo ubi sanctus Paulus a Spiritu sancto prohibetur in Asia praedicare; qui Mysiam quoque transiens ad Macedoniam peraccessit quia Macedonem quendam in visione stantem viderat et rogantem ut ad Macedoniam dignaretur potius proficisci.

Nescius interea curis laxare quietem,
Paulus in orbe docet verbique ligonibus omnes

294—295 pater ... orbis] Heb. 2, 16 294 *cf.* Claud. *De Cons. Stil.* I 78 socer ipse futurus 299 coniugis expers] Matth. 1, 18 301 complet] Col. 2, 10 303 praeterit ... vetus / II Cor. 5, 17 307 *cf.* Luc. *Phars.* II 526 nescius interea Verg. *Ae.* IX 225 laxabant curas; *ibid.* V 836 laxabant membra quiete; *ibid.* V 857 quies laxaverat artus 308 Paulus ... docet] Act. 15, 41—16, 8

294 pater] christus *C* abraham *T* 296 evacuat] christus *vel* abraham *T* 297 virgineum] virginis perfectionem *C* 298 divinum] mariam *C* 301 hominem] christum *C* mediator] christus *C* 302 illinc] ex divinitate ⊐ℨ 304 facies] christi *C* cultro] metonomíce *T* 306 qui] illis ℨ 308 verbi] divini *C* ligonibus] praedicationibus *T* metaphora ℨ

I: *PHRTCA* 293 luxuriem *AHRST** luxuriae *K* 298 est *om.* *FIXYZ*Ω*
II: *FI* 304 faciens *FIT²WX* (facies X^{vl}) *YZ** 308 Paulus *in fine versus*
III: *GLKE* 307 *YZ** urbe $CI^{vl}R^{*}$ (orbe R^{vl}) $V^{*}YZ\Theta\Phi\Psi^{vl}\Omega$ ℨ

Excolit et fidei cogit flavescere messem
Errorum fugiente gelu; quem Spiritus almus
Haec Asiae proferre vetat, nec Mysia quivit
Dives agris huius tunc semina ferre salutis,
Fecundo ieiuna solo. Vir quippe Macēdo
In somnis haec visus ait: „Miserere, precamur;
Illyricos dignare sinus.“ O gratia quantum
Improvisa parat! Subito flammantur amore
Qui positum iam tempus habent. Sic nocte fugata
Doctiloquus convertit iter, fructuque loquelae
Vescitur esuriens Macedōnia perque soporis
Dona salutiferam meruit comprendere linguam.
Quaestio crebra sonat: „Si plenus munere largo
Praedicat Omnipotens: ‚Non veni perdere mundum
Sed salvare magis‘, faciat quae causa negari
Haec aliis aliisque dari, cum prodiga Iesu
In commune velit pietas succurrere cunctis?“
Suppetit affātim exemplorum copia, nosque
Lectio multiplici docet hac in parte figuram,

309 fidei] Aug. *Ep.* 190 (*CSEL* LVII 141, 16—142, 18) 311 *v.* Act. 16, 6—7 312 *cf.* Sil. Ital. I 393 dives agri; Hor. *Serm.* I 2, 13 dives agris; *sic etiam* Stat. *Theb.* V 305 313—320 *v.* Act. 16, 9—17, 14 314 *cf.* Verg. *Ae.* II 270 in somnis 315 *cf.* Verg. *Ae.* I 243 Illyricos penetrare sinus; *cf. supra* II 73 virgineos intrare sinus 316 *cf.* Verg. *Ae.* III 330 flammatus amore 318 *cf. infra* II 801 convertit iter; *sic etiam* Luc. *Phars.* III 3, 3; Iuvenc. *Hist. Ev.* I 24 convertet iter 319 Macedonia] Act. 16, 9—12 322—323 non veni ... magis] Luc. 9, 56 322 *cf.* Verg. *Ae.* VII 304 perdere gentem 325 succurrere cunctis] Rom. 5, 18; Verg. *Ae.* XII 813 succurrere fratri

309 messem] metaphoram servat *I*ᵓ 315 admirative *T* poeta *OΛ* 317 qui] macedones *I* 321 crebra] frequens *I* 324 aliis] asianis *C* macedonibus *CΘ* 326 exemplum *O* 327 lectio] evangelii *C* hac in parte] in hac quaestione *C*

313 fecundo] fecunda *G*J*R*Π** fecundae *E* 319 saporis I: *PHRTCA* *H*I*PR*WX*YZ* 327 multiplicem *CDE²FIJ²R²T²UVWX* II: *FI* *ΓΛΘ²ΠΦΨΩ*ᵓ multiplicet *Y* hanc *LV** III: *GLKE*

De qua pauca canam: Luca narrante relatus
E populo quidam Christo comes ire rogabat,
Quem secum prodire vetat, qui deinde tacentem
Sponte vocat. Novit mundans interna Magister
Quae verbum iam corda ferant, quos obstruat intus
Error iniquus adhuc, ut tunc doctrina ministret
Officium cum tuta venit, „Ne sancta“, quod inquit,
„Incipiant violare canes coenoque gravati
In margāritas vertant contagia porci.“
Altera res etiam superest in carmine dura,
Sed quibus ex veteri patuerunt omnia fonte
Ore datas tenui facile est advertere guttas:
Exodus ille liber memorat velamina sacri
Pontificis, qua nempe queat splendescere veste
Officiique habitum nitido componere cultu;
Qui segmentatus mediis altaribus adstat,
Quas inter species parili numerantur amictu
In femore exuviae, quibus indumenta pudori
Progrediens ad templa locet studeatque sacerdos
Obstrictis rĕnibus mysteria castus adire.

328 *cf.* Ov. *Ib.* 197 pauca canam 329—330 quidam ... vetat] Luc. 9, 57; Matth. 8, 19 331 sponte vocat] Luc. 5, 27 334—336 sancta ... porci] Matth. 7, 6 340 Exodus ... memorat] Exod. 28 345 in femore exuviae] Exod. 28, 42—43 345—347 indumenta ... adire] Exod. 28, 42—43

328 relatus] Gezelter (*cf.* E. Steinmeyer — E. Sievers, Althochdeutsche Glossen, Berlin 1882, II, 30) *A* narratum *FITXΠ*ב scriptum *FHXΘΠ*ב scriptus *S* dictus *MOS* 330 qui] christus *C* 337 aliud exemplum *O* 339 figura mystica *OΘ* 345 pudori] castitatis *C*ב partem corporis *FΘΠ* pudendi membra *T* verendi membri *X* ad castitatem tunc observandam *O*

I: *PHRTCA*
II: *FI*
III: *GLKE*

328 relatas *P* relatu *KX*²*Ψ* relatum *CFH*²*R*²*T***WX*³*ΘΠΩ*ב relatum est *C*ˢˢ*DIT*² (narratum est *T*ˢˢ) *UΔΦ* 332 quos] quod *W* quae *A*, *T**(?) quosque *D* obstruat] subtrahat *K***LR***VΓ* subtravat *AT** obstruhat *K*² 333 ministret] ministrat *G*²*YZΔ* magistret *A* 334 tota *T*²*UYZΔ* tanta *D** nec *AR***T***Φ** 335 incipiunt *APV* 342 culto *E** vultu *HWΩ* 345 pudoris *CDFHIUVWXΔΘΠΨΩ*ב pudore *S**; *cf.* artifici I 339 347 obstrictis rĕnibus] renibus obstrictis *UΔ*² obstrictis] obstructis *YΞ***Φ** obstructibus *Z*; *cf. de l. cr.*

Quod statuit lex prisca magis devinctaque iussit
Tunc haec membra tegi quae possidet atra libido
Cum properat libare Deo, laxata relinquens
Coniugio post sacra tamen, ne parcior usus
Ad subolis non staret opus sterilisque marito
Connŭbii frigeret amor, cum certa propago
Hoc sollemne gerens nullos admitteret umquam
Externa de stirpe viros, ubi nomine prisco
Ex adytis perdurat honor prolesque per aevum
Sanctificanda redit. Vicibus supplenda creandi
Ecclĕsiae nunc alma fides sine fide pudicos
Pontifices iubet esse suos et quaerit in omni
Cauta tribu quos rite probet, nec sanguinis iste
Sed meriti successus erit. Tamen illa figura,
Qua sine nulla vetus subsistit littera, demum
Hac melius novitate manet variatque recurrens
Alterna ratione vices, ne forte sacerdos
Tunc generare velit cum necdum mente capaces
Cernit adesse greges cumque instat, noverit ardor

348—349 devinctaque ... tegi] Exod. 28, 42 350 *cf.* Claud. *Pan. Prob. et Olyb. Cons.* 247 libare deis 355 externa ... stirpe] Num. 16, 40; *cf. infra* II 642 *de stirpe viri*; Sil. Ital. I 152 de stirpe Tagum Luc. *Phars.* III 188 nomine prisco 358—359 pudicos pontifices] I Tim. 3, 2; Tit. 1, 7—8 365 *cf.* Sil. Ital. VI 617 mente capax

---

348 quod] praeceptum *C* 351 post] deinde [dende] *C* 352 sterilis] continenti *C* quia si sterilis esset maritus non procreare filios *F Θ ב* cum sacerdos accederet ad eam *T* 353 cum] tunc *ג* 366 noverit] ut sciat sacerdos *O* ardor] desiderium audientium *Θ*

---

348 devicta $H^*PR^{ss}S^*WZ^2$ 350 libare] liberare $AR^*X^*YZ^*$ librare Θ^* litare Ξ 352 non staret] monstraret $H^*PR^*\Psi^*$ constaret Ω sterilique $CDHJ^2R^2UVWX\Theta^3\Xi\Pi\Phi\Psi\beth\gimel$ sterelique $R^*\Theta^2$ steris E; *cf.* fusae I 173 361 meritis $I^*K^*PR^*TWYZ\beth$, *cf.* sancto I 914 362 subsistet $AEILRS^*TXYZ^*\Theta\Phi\Psi^*\Omega$ sistit P subsistat Δ consistit Ξ 365 capaces] curatis Y, Z^* *ut vid.* 366 instet CV instar T^* instant E^2 (instat E^3) noverit] nobilis $DH^2I^{vl}J^2LM^{vl}R^2UXZ^2\Theta\Xi\Pi\Phi\Psi\Omega\beth\gimel$ noveris AR^*Y, *v. l. cr.*

I: *PHRTCA*
II: *FI*
III: *GLKE*

Discendique fames ut apertius ora resolvat,
Ne quisquam ieiunus eat. Nam semine verbi
Prolem posse dari Paulus quoque saepius inquit
„Filioli“ dicendo „mei.“ Iuvat ergo parumper
Eloquium genitale premi studiumque docentem
Dispensare suum, laxans pro tempore vires
Ingenii strictasque ferens, ne fusa profani
Conculcata terant, mundatis sancta reservans.
Fas vetat inde queri; culpis hoc imputet Adae
Venae poena suae; quid enim rea fauce parentum
Progenies sibi iure petat? Sator ille benignus
Ni donare velit quicquid temerarius error
Corrupto natale tulit, via sola salutis
Affectus parcentis erit; miseratio semper
Conditione caret; praestans indebita, Christus
His pius accelerat iustusque his munera tardat.

De eo ubi sanctus Paulus a pythonissa puella, quae clamabat credi debere Paulo quia servus Dei excelsi esset, spiritum Pythonem iussit exire; ob hoc caesus et missus in carcerem est cum Sila, ubi terrae motu nocte his psal-

---

367 *cf.* Verg. *Ae.* III 457 ora resolvat; *idem Ge.* IV 452 ora resolvit; *sic etiam* Luc. *Phars.* VIII 261 368—369 semine verbi prolem] Marc. 4, 20 372—373 *cf.* Verg. *Ae.* VI 291 strictamque aciem ... offert 373—374 ne ... terant] Matth. 7, 6 376 poena] Rom. 5, 14; I Cor. 15, 22 377—379 sator ... tulit] Matth. 20, 28 378—379 quicquid ... natale] I Pet. I, 23 378 *cf.* Ov. *Met.* XII 59 temerarius error 379 *cf.* Val. Fl. VII 272 via sola salutis; Verg. *Ae.* VI 96 via prima salutis; Luc. *Phars.* X 538 via nulla salutis

---

369 dari] procreari ℶ 372 dispensare] disponere *C* 375 imputet] quisque *C* 379 corrupto natale] vitiata nativitate *C* 382 his (alt.)-] hasianis ℶ

I: *PHRTCA* 370 dicendo, *v. l. cr.* iubet $IT^{2}XYZ^{*}$ (iuvat $I^{vl}T^{vl}Z^{2}$; placet Z^{ss}) *ΠΩ* 371 eloquii $AEGH^{*}I^{*}KM^{2}PRSYZ\Theta^{*}\Omega$ 375 inII: *FI* putat *CSV*ℶ 380 affectu PZ^{2}
III: *GLKE*

lentibus vincula omnium sunt soluta; et cum se carcerarius voluisset occidere, prohibuit; quem cum suis postea baptizavit.

In Macetum terris cum moenia nota Philippi
Doctoris celebraret iter, bacchata puella
Sub stimulo Pythonis ait: „Paulum esse ministrum
Aeterni scitote Dei.“ Professio vera
Mendaci de teste sonat, vocemque fidelem
Perfidus auctor habet; sed non defertur honori
Quod cogit formido loqui, nec mente cohaeret
Nudus amore timor. Paulus miseratus ab atro
Daemone corda premi nolensque licere profano
Divinas aperire vias „Fuge“ dixit „et ista
Ulterius temptare cave!“ Nil iussa moratus,
Hostis abest, vacuamque domum possessor iniquus
Deserit, ac profugo mulier sanata periclo
Conticuit de laude viri; quae coepta peregit
Plusque tacens hoc esse docet, de munere vulgi
Haec quaestum faciebat heris, quos turbidus implet
Quo caret illa furor, populique procacis in aure

383—442 *v.* Act. 16, 12—40 383 *cf.* Luc. *Phars.* V 2 in Macetum terras 384—385 *cf.* Verg. *Ae.* VI 77—78 Phoebi . . . / bacchatur vates; *ibid.* VI 101 stimulos . . . Apollo; *ibid.* VII 405 stimulis . . . Bacchi 390 *v.* Act. 16, 18; Sil. Ital. XI 379 miseratus ab alto; *sic etiam* Stat. *Theb.* II 115 392 *cf.* Verg. *Ae.* XI 884 aperire viam 393 *cf.* Verg. *Ae.* XII 806 ulterius temptare; *ibid.* XII 938 ulterius ne tende Verg. *Ae.* III 610 haud multa moratus; *ibid.* V 381 nec plura moratus 398 quaestum . . . heris] Act. 16, 16

---

384 celebraret] clarificaret *A* 386 poeta *A* 389 mente] pauli *C* cohaeret] placet *C* 394 hostis] diabolus *C* domum] corpus *C* 397 hoc esse] paulum servum dei *C* 398 haec] puella *C* 399 furor] demon *C*

---

396 capta K^*PZ^2 398 quaestum] questum *plurim. codd.* turpidus I^*TU^2 (tur[?]idus U^*) *Y* turpitus *P*

I: *PHRTCA*
II: *FI*
III: *GLKE*

Seditione fremunt Romanis obvia sacris
Sacra dari ritusque novos exire per orbem
Et veteres cecidisse deos. Tunc agmina raptim
Fustibus innumeris eliso corpore Pauli
Conveniunt ubi carcer erat, quem sedibus imis
Includunt comitante Silā, vestigia quorum
Ligno mersa cavo vinclis tenuere beatis.
O felix de clade locus! cui clara refulgent
Lumina pro tenebris, in quo dedit esse perennem
Nox antiqua diem; niveam translatus in aulam
Ecclĕsiae cunctisque ferens modo dona salutis
Quam bene carcer erat! Tota concurritur urbe
Qui primus nova tecta petat quive oscula figat
Postibus et tacta sacretur parte cylindri.
Iam nocturna quies per corpora serpere fessa
Coeperat; exsiluit tellus imitata ruinam,
Visceribus concussa suis, et claustra relaxans

---

402 *cf.* Sil. Ital. XII 463 agmine raptim 403 *v.* Act. 16, 23 Ov. *Met.* VIII 775 ictibus innumeris; *sic etiam* Sil. Ital. I 172 Luc. *Phars.* II 206 elidunt corpora trunci; Verg. *Ae.* VII 650 corpore Turni 404 *cf.* Verg. *Ae.* I 84 sedibus imis; *sic etiam idem Ge.* IV 471; Sil. Ital. VIII 197; *ibid.* XI 536; Stat. *Theb.* I 228 407 locus] Act. 16, 24—26 409 *cf.* Verg. *Ae.* I 140 in aula 410 *cf. supra* I 169 dona salutis; *sic etiam supra* I 286 411—413 *cf.* Verg. *Ae.* II 489—490 tectis · · · ingentibus errant / . . . postis atque oscula figunt; Val. Fl. II 168—169 oscula postibus ipsis / ingeminant 412 *cf.* Verg. *Ae.* VII 393 nova quaerere tecta 414—415 *cf.* Verg. *Ae.* II 268—269 prima quies / . . . serpit 415—418 exsiluit . . . soli] Act. 16, 25—26 416 *cf.* Ov. *Amor.* I 6, 17 claustra relaxa; Verg. *Ae.* II 259 laxat claustra

---

400 fremunt] domini puellae *C* 401 dari] paulo et sylae *C* 405 vestigia] pedes *C* 407 de clade] mysteria *O* 408 lumina] paulus et silas *C* quo] loco *C* 409 nox] caecitas *C* 411 poeta *A* 412 qui] et contenditur ℶ 413 et] et qui *I* 416 visceribus] acyrologia *T*

I: *PHRTCA* 400 premunt *AR*T** 406 ligna *D*VΘ** 412 figet *H*PR**
II: *FI* fugat *Δ* *post* 413 *versus incertus* *S**
III: *GLKE* 415 emitata *APR*T*YZ** inmitata ב minitata Φ

Mota vagatur humus, servitque canentibus hymnum
Tempestas famulata soli. Pro, quanta patescis
A nullo superanda fides! Veniente periclo
Poena fugit, geminoque metu discrimina crescunt,
Ut perdant tormenta locum. Tremefactus ab alto
Excutiens sua membra toro cum libera custos
Cerneret antra necis, gladii mucrone retecto
In iugulum vult ferre manum; sed non licet illi
Paulo teste mori, cuius solamine vitam
Repperit atque suo meruit de carcere solvi;
Descendensque domum sacris fomenta ministrat
Vulneribus liquidamque parat sibi redditus undam
Caelestem tacturus aquam; nam corda saluti
Figere Paulus amans cunctos simul amne fluenti
Diluit, aetherei patuit cui luminis ante
Gratia non perimi, crevit post vita renasci.
Blandiloquis olim capta est sermonibus Eva
Deceptura virum; nunc improbus ora puellae
Qui tunc daemon agit repetensque ad crimina sexum
De quo praedo fuit, multis ventura canendo

421—422 *cf.* Verg. *Ae.* II 2 toro · · · ab alto 423—424 *cf.* Luc. *Phars.* IX 830—831 retecto / ense; Verg. *Ae.* XII 736 mucrone relicto 424 in . . . manum] Act. 16, 27 425 *cf.* Luc. *Phars.* IX 887 illo teste mori 427 fomenta ministrat] Act. 16, 33 428 *cf.* Ov. *Met.* XI 116 liquidis . . . undis 429 caelestem . . . aquam] Bed. *Ex. act. Ap.* XVI 33 baptizatus est 430—431 *v.* Act. 16, 33 435 tunc] Gen. 3, 1

421 locum] torquendi *C* 425 cuius] pauli *C* vitam] christum *C* 426 repperit] custos *C* 429 tacturus] adepturus *FIXΘΠ*ב acceptu-rus *T* reperturus *C* inven *O* 431 cui] paulo *C* 432 figura mystica *O* 433 figura mystica *RΘ* 435 qui tunc daemon] qui ante decepit evam *C* 436 praedo] latro deceptorב

417 mota] tota *Φ* motua *YZ** 418 patescit *FIK*PZ²ΔΞ* pace scis *YZ**, patestas *T*; *v. l. cr.* 429 tactarus *Φ** nacturus *CEGH²* *JK²LMOPR^vl T²UVXZ²Γ²ΔΛΞ*, *Ψ²* *ut vid.*, ב^vl nancturus *H*K** acturus *YZ**; *cf.* tacto liquore I 768 435 ait *APS*T** repetensque] repetens *CHMPWZ²Ξ* 436 praeda *O*R* (praedo *R^vl*), *v. l. cr.* fuit] fugit *CVΓ*

I: *PHRTCA*
II: *FI*
III: *GLKE*

Peccati conceptor erat; sed apostolus Adam
Iam melior, caeleste levans in imagine signum,
Qui fuerat terrenus homo nec certa recepit.
Nam fallit quod ab hoste venit, metuamus ut omnes
Hoc audire nefas nec corrumpamur amari
Melle doli, si vera canat qui falsa ministrat.

De eo ubi sanctus Paulus Athenis, ubi a populo seminiverbius vocabatur, cum Epicureis et Stoicis philosophis certavit et post apud magistratus plura disseruit arae quam viderat faciens mentionem, et Dionysius primus Areopagita cum aliquibus credidit.

Ingeniis claras et linguis Paulus Athenas
Ingreditur tumidamque feris conflictibus urbem
Eloquio torrente premit, quem turba profari
Doctisonis mirata modis „Quibus“ inquit „ab oris
Verborum fluit iste sator?“ Plebs nescia Paulum
Semina ferre vocat fruiturque errore magistro
Vera loquens; namque hic fecundus in orbe viator

437—439 Adam . . . terrenus homo] Hieron. *De nom. Heb.* (*PL* XXIII 819) Adama · humus, vel terra, sive terrena 440 *cf.* Verg. *Ae.* II 49 timeo Danaos et dona ferentis; Soph. *Aias.* 665 ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα; Eur. Med. 618 κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει 441 *cf. supra* I 2 ausa nefas; Gen. 3, 17 audisti 441—442 *cit. a* Bed. *Ex. act. Ap.* XVI 17 ne . . . ministrat; Gen. 3, 17 ne comederis nec corrumpamur] *cf. supra* I 151 nec corrumpuntur 442 *cf.* Ov. *Ar. am.* I 30 vera canam 443—506 *v.* Act. 17, 15—33 446 *cf.* Verg. *Ge.* I 477 modis . . . miris Val. Fl. VI 446 mirata modis Verg. *Ae.* II 282 quibus . . . ab oris 448 Verg. *Ae.* V 867 errare magistro 449 *cf.* Verg. *Ge.* IV 97 ore viator

437 Adam] ablativus *T* 438 melior] effectus est *C* effectus est adam ℨ in imagine] in puella *C* signum] christi *C* 439 certa] qⁱ (*i. e.* quia) dicebat puella *C* 440 verba poetae *C* parenthesis *T* 448 errore] suo *T* magistro] fruitur magistro *T* 449 fecundus] eloquens *CFISX* Θ*Π*בℨ fructum fert *T*

I: *PHRTCA* 441 audere *ACE*¹*FKR*²*RyST***VWX*Θ²*Π*Φ*Ψ*²*Ω** cludere *YZ**
II: *FI* *cf. Font. a. h. l.* ne *E***FKL***MORySTX*²*Δ*ℨ, *cf.* nec I 760 442 melle] felle *LΠΦ* doli] dolis *R***YZ* 449 facundus *CFIJ*²*L*²*S*ˢˢ*T*²*UVW* *XΔΘ***ΞΠΦ*בℨ, *cf.* labor, crescat, ager
III: *GLKE*

Ambulat atque colit, cuius labor omnibus instat,
Ut crescat divinus ager purgataque fructum
Mens humana ferat, lolii ne sordeat herbis
Quam segetes portare decet. Manus aemula cogit
Ad proceres hunc ire simul, quibus edidit adstans:
„Cecropidae, quos fama canit sermone diserto
Gymnasiis vernare suis, ubi praesidet altus
Sacrilegae novitatis amor, vos cernimus aram
Ignoto posuisse Deo, qui condidit astra,
Qui pelagus terrasque dedit, quem vita parentem
Ut moveamur, habet, cuius spiramus ab igne,
Cuius imago sumus, de quo cecinere poetae
Hinc hominum constare genus, quem praedico: ‚Cuncta
Sanxit ab ore suo.' Cur haec divina vocatis
Quae facitis vacuoque metu caeleste putatis
Auxilium quod gignit humus? Natura metalli
Visceribus iacet ima soli, quibus eruta sumit
Ingenii fabricantis opem, seu numina templis
Hinc veniant seu vasa focis; sibi causa timoris
Ars operata deos; Dominum super omnia fusum
Claudere nemo potest parvisque artare figuris;
Quod capitur minus est spatio capientis. In auro

450 *cf.* Verg. *Ae.* X 118 omnibus instant 455 Cecropidae] Verg. *Ae.* VI 21 (item in principio versus) fama canit] *cf.* Luc. *Phars.* II 672; *sic etiam* Claud. *De Cons. Stil.* I 312 456 *cf.* Verg. *Ae.* VI 9—10 altus . . . / praesidet 458 ignoto . . . Deo] Act. 17, 23 461 imago] Gen. 1, 26—27 Verg. *Ge.* III 90 meminere poetae poetae] Aratus *Phenom.* 5 466 *cf.* Stat. *Theb.* XI 411 ima soli 467 fabricantis] Act. 17, 29; *cf. ibid.* 19, 26 470 claudere nemo potest] Prud. *Cont. Symm.* I 325—326 (*PL* LX) qui fine caret 471 *cf.* Verg. *Ae.* I 640 in auro

458 synecdoche *T* 466 soli] terrae *C* 467 fabricantis] fabri *C* numina] dii *vel* simulacra *C* 468 sibi] qui facit *C* 471 quod . . . capientis] illa res quae capitur minor est quam illa quae eam capit

461 prophetae *CSVXΠΨ*, Ω^2 (*in ras. ut vid.*), 468 timoris est I: *PHRTCA* *E* T*^{vl} *Π*^{gl} Ω timori *L** timori est *E*^{2}*F*GIJKMOPSTUYZΛΦ*; II: *FI* *v. l. cr.* 471 cupientis *YZ** patientis *A* sapientis *R** III: *GLKE*

Materia est; opifex rerum non sustinet usum
Quem simulant quos ipse creat. Quam dura luetis
Crimina! Quam stultam sese sapientia vestra
Iudicii est sensura die cum corpora Christus
Surgere cuncta iubet tormentaque fine carebunt
Utque reos cruciet, servat quos devorat ignis!
Sic caro iuncta Deo carnales expiat actus,
Et commissa sibi coram hac examinat ultor
Qua voluit moriente pati, quam funeris expers
Vivificare volens post tartara reddidit astris."
Haec multos ad dona vocant. Dionysius ipse
Primus in arce loci nova praemia iungit honori
Complexusque fidem sic incipit esse sophista.
O lupe, Paule, rapax! Dedit hoc benedictio Iacob
Nomen habere tibi; quid iam remanebit in orbe
Quod non ore trahas postquam solertia Graia
Cessit et invictas in dogmate vincis Athenas?
Cur Epicureus vel Stoicus impia soli
Bella cient? Reserare opus est quo nomine multi
Sectarum coiere greges. Vitam ambo beatam
Elegere sequi, quam corpore diligit alter,

472 *cf.* Ov. *Met.* I 79 opifex rerum; *sic etiam* Luc. *Phars.* X 267 475 iudicii . . . die] Act. 17, 31 477 devorat ignis] Apoc. 20, 9 481 *cf.* Sil. Ital. IV 119 reddidit astris; Ov. *Ex Pont.* IV 8, 63 addidit astris 482 Dionysius] Act. 17, 34 485 lupe] Prud. *Dittoch.* 47 [48] Hic lupus . . . Saulus qui fuerat benedictio Iacob] Gen. 49, 27 489 Epicureus vel Stoicus] Aug. *Serm.* CI (*PL* XXXVIII 810); Act. 17, 18 490 *cf.* Verg. *Ae.* I 541 bella cient; Stat. *Theb.* XI 349 bella ciet

480 voluit] ultor *C* quam] carnem *C* 481 volens] potens *C* 482—483 arator *R* 482 haec] verba pauli *C* 483 honori] christi *C* 485—487 arator *R* 488 figura mystica *OR* 489 figura mystica Θ

I: *PHRTCA* II: *FI* III: *GLKE*

473 luetis] luentes *P*, *Y ut vid.*, *Z* leuetes *R** luces *A* 477 cruciat *PX*YZΨ*Ω* cruet *R*Ξ** servet *PS*X²* (servat $S^{vl}W^{vl}$) servans *UWΩ* devoret *I*M*SXΔΞ²* 478 artus *CSV* 481 valens *AIST X* (volens X^{vl}) *YZ** 482 vocat *ADEGH*KMOR*SΘ** 483 honoris *EGKLM*, O^{2} (i *ex* e), *R*T*Θ*Λ* 485—486 dedit . . . tibi *om.* *Ψ** 490 multo *AH*PR*T*WYZ*Π**

Hic animi virtute colit; dat et actio Pauli
Ad vitam praecepta piam; sic thēmate iuncto
Hi magis alternis solverunt vocibus ora;
Corporis atque animae commissus partibus exstat
Plenus homo, sed nunc studiis diversa sequentes
Ambo volunt quod neuter habet; vas lumine plenum
Subdit utrumque Deo, „Video“ clamans „caro menti
Quam sit iniqua meae“, rursusque salubriter infit
Non propria de parte geri quod gratia donat.
Hoc celebremus iter, vita est quia Christus et ipse
Se vocat esse viam, per se gradiamur ut ad se,
Sanctaque ne pedibus posset cessare lucerna,
Praeco datus fidei vestigia suggerit orbi.

De eo ubi sanctus Paulus Corinthum veniens invenit Aquilam nomine praedicantem; apud quem et mansit exercens simul et scenofactoriam artem in qua erant praediti, hoc est tabernaculorum factionem, ubi eum Christus admonuit ne praedicare cessaret; et omnes ibidem crediderunt.

Attica discedens iam liquerat agmina Paulus

493 *cf.* Stat. *Theb.* XII 77 virtute colas 494 *cf.* Stat. *Silv.* II 6, 11 stemmate iuncto 496 *cf.* Claud. *In Eutr.* I 412 partibus exit 497 *cf.* Stat. *Theb.* X 883 studiis diversa Hor. *Serm.* I 1, 3 diversa sequentis; Sedul. *Pasch. Carm.* I 325 diversa sequentes 499—500 caro ... iniqua] Gal. 5, 17 caro ... adversus spiritum 500—501 rursus ... donat] I Cor. 15, 10 502—503 ipse ... viam] Ioh. 14, 6; Aug. *De Gen. ad Litt.* IV 12 (*CSEL* XXVIII 3, 1, 109, 11—23) in illo vivimus et movemur; *sic etiam ibid.* IV 18; Aug. *De Trin.* XIV 14 (*PL* XLII 1048) 506—563 *v.* Act. 18, 1—18

495 figura mystica Θ hi] epicureus et stoicus *C* 497 plenus] integer *C* 498 vas] paulus *T* lumine] christo *T* 499 utrumque] corpus et animam ℑ 500 infit] Paulus dixit Θ 505 datus] paulus ℑ vestigia] itinera *C* 506 agmina] metaplasmus *T*

493 animi] animae *ΠΦ* 496 commixtus *FT*² commissis *KΞ*² 502 quia] qua *M* (quia *M*^{vl}) *R* V** 504 possis *Y* possit *CDFH*IS* *T*² *VWXZ*, *Δ ut vid.*, Θ² *ΛΞΨΩ*ℑ; *cf.* datus

I: *PHRTCA*
II: *FI*
III: *GLKE*

Eloquiis superata piis bimarisque Corinthi
Moenia iuncta petens populosam repperit urbem,
Quae, licet alterni contingeret aequoris undas,
Perpetuas sitiebat aquas; ibi Ponticus ille
Aquila tunc praeceptor erat, vir plurima laudis
Instrumenta gerens, cuiüs se Paulus amico
Contulit hospitio sociam dignatus adire
Artis amore domum; nam scenīfactor uterque
Pollebant operis studiis et dogmate Legis.
Christus ait: „Nunc, Paule, doce; non obviat ullus
Me comitante tibi; quae sit mihi moenibus istis
Turba vides; insiste loquens; ego pectora firmo.“
Ista monent nullos umquam de munere tardo
Posse queri gratis quod dat clementia Christi.
Tecta sub ambiguo lateat ne forte figura,
Qua dabitur ratione canam: De nomine saepe
Argumenta trahi documentaque maxima gigni
Scripturae cecinere piae. Iuvat altius ergo
Quaerere qui Paulo carus coniungitur hospes
Factus in arte comes, sub cuius imagine causae
Sic vocitatus erat qualive decorus honore est
Hac quoque parte placens: Aquilae natura fidelis

507 *cf.* Horat. *Carm.* I 7, 2 bimarisve Corinthi 513 *cf.* Sil. Ital. VII 171 attulit hospitio 516 Christus ait] Act. 18, 9 518 *cf.* Val. Fl. I 79 pectora firmat 522—524 de nomine... piae] Gen. 29, 34 copulabitur... Levi 525 hospes (Aquila)] Act. 18, 2; *ibid.* 18, 18 527 *cf.* Sil. Ital. X 520 decoretur honore 528—535 aquilae.../...debilis.../...declinatis... visibus / pennasque gravatos /... oculos... aegros /... languida... avis] Hieron. *De nom. Heb.* (*PL* XXIII 901) aquila... dolens sive parturiens; Aldhelm. *De metr. et enigm.* LVII 6—8 (*MGH* Auct. ant. XV 123) fessa vetustas fontibus in liquidis.../... restauror

514 artis amore] quia unius artis erant *C* 519 ista] verba domini *CF* 522 figura mystica *O* nomine] alicuius hominis quia nomina hominum interpretationes habent 527 figura mystica *Θ* 528 figura mystica *R*

I: *PHRTCA* 509 libet *YZ* 527 honori est *H*PW* 528 placens] latens placens *YZ**
II: *FI*
III: *GLKE*

Sponte gerit quod forma tenet; nam debilis aevo
Et declinatis senior iam visibus ales
Flammivomo sub sole iacet pennasque gravatas
Eius in igne fovet nocturnaque lumina pandit
Atque oculos radiis ardentibus ingerit aegros
Ad veterem reditura diem; sic dona caloris
Languida sumit avis, cuius de fomite vires
Accipit et prisci reparat dispendia saecli;
Cui ne sola forent quae fervidus incutit aestus
Per laticum purganda vadum, ter mergitur undis
Et senium deponit aquis iuvenemque decoris
Effigiem de fonte levat. Quis apertior actus
Religionis erit? Cum veri lumine Solis
Tangimur, antiqui contagia solvimus aevi
Accedente fide; lympha mox matre renati
Conspicimur novitate rudes; infantia rursus
Fit recidiva seni, geminoque manentibus ortu
Hic melior natalis adest. Bene conscius huius

532 *cf.* Stat. *Silv.* I 1, 22 limina pandit; *sic etiam* Verg. *Ae.* VI 525 533 *cf.* Claud. *De Tert. Cons. Hon.* praef. 7 ardentes radios 536 *cf.* Claud. *Pan. Man. Theo.* 120 reparant dispendia Chelae 538 *cf.* Sedul. *Pasch. Carm.* III 29 mundare; *sic etiam* Luc. 5, 12—13 Ov. *Ex Pont.* III 7, 27 mergitur unda; Luc. *Phars.* VIII 174 mergitur undis 541 *cf.* Verg. *Ae.* VIII 130 lumine solis

532 nocturna] caeca veterana ℶ lumina] oculos ℶ 533 ingerit] contraponit *HFIXΘΠ* inserit *C* immittit *FITXΘΠ* impellit *T* 537 sola] solacia *C* munera *T* 538 undis] in *T* 539 aquis] in *C* 541 solis] christi *C* 545 manentibus] venientibus *CX* fluentibus *X* nascentibus $I^1XΘΠ$; *cf. App. crit.* 546 conscius] david ℶ

530 senio $C^2DIJ^2K^2R^2RyT^2ΛΘ^2ΞΠΦΨ^2Ω$ ℶ seneo *F* 533 inserit *A* C^{ss} *EGJK*LMR*TΘΛΞΠ* 534 caloris] coloris *VYZ** 538 purganda] mundata $Ξ^*$ (d *ex* t $Ξ^2$) mundanda R^{vl} purgata *I** 540 levat] lavat *H*TW** 543 accedentes *YZ** accendente *CHP*V* ascendente P^1 ac**cedente E^2 545 que *om. ADEFGKLMORT*ΘΛΠ* $Φ^2ΨΩ$ ℶ manantibus *F ut vid.*, I^2J^2, *S* ut vid.*, $T^1WXYZΛΦ$[ב] venientibus *DEGJ*KLMORS*^{2}*T*ΘΛΞΠΨΩ* ℶ vergentibus *A*; *v. l. cr.* 546 hic] hinc *IΩ* sic *ΛΦ*

I: *PHRTCA*
II: *FI*
III: *GLKE*

Alitis exempli, quem Spiritus egit opimam
In cithara versare manum, „Renovaberis“ inquit
„More aquilae“; qua lege datur sentire probatis
Laude placere typi quod firmant cantica iusti.
Nec vacat ars Pauli socio celebrata sub ipso
Secreti virtute boni; tentoria quippe
Fortia mobilibus fabricabat in aggere tectis;
Longius haec abiens peregrinus ubique viator
Erigit atque hiemes solesque his pellibus arcet.
Nos quoque per culpam prima de sede repulsi
Exsilio mundi iacimur; via reddita tandem
Qua patriae repetamus iter; munimina nobis
In castris sint, Paule, tuis, ne criminis imbres
Tempestas mundana ferat scelerumque vapores
Ignitus temptator agat; sub tegmine tali
Tuta salus nullum discriminis excipit ictum
Nec prostrata feri succumbit viribus hostis.
Mystica signa duces praemittunt laudibus artis:
Pisces Petrus agens homines capit; aequoris hospes
In sacris persistit aquis. Habitacula Paulus

548 inquit] Ps. 102, 5 552—553 tentoria ... fabricabat] Act. 18, 3 555 *cf.* Ov. *Trist.* III 10, 19 pellibus ... arcent 556 *v.* Gen. 3, 24; Venant. Fort. *Vit. S. Mart.* III 375—376 sede repulsus 561 *cf.* Verg. *Ec.* I 1 sub tegmine fagi; *sic etiam idem Ge.* IV 566; Luc. *Phars.* VII 499 sub tegmine pectus 564 mystica signa] Bed. *Ex. act. Ap.* XVIII 3 565 Petrus] Matth. 4, 19 566 Paulus] Act. 18, 3

548 inquit] david ℨ 549 qua lege] hac sententia *T* 550 figura mystica Θ placere deo *C* 551 figura mystica *R* 552 figura mystica *GM* boni] ministerii ℨ 555 metonomia *T* 556 modo allegoritat Θ allegoritat Π 557 tandem] est C^{gl} O^{ss} S^{gl} 564 duces] apostoli *C*

I: *PHRTCA* II: *FI* III: *GLKE*

549 probatus *T** probata Φ 550 typi] tibi *EH** (tipi H^2) *K** 551 vocat *J** *V** 554 ubique] in orbe ΔΠΨ ℨ 556 primam *T** *YZ* Φ* ℨ 557 tandem] tandem est *FL*^{ss}Ω 559 sint *omn. codd. praeter HIPUWXYZ*ΔΞΠΨ*Ω 560 mundata *P*Ξ 563 feri] feris *AHK***R***T**Ξ 565 *om. J** hostis *EGJ*^{2}, *K** *ut vid.*, *LMRS* (hospes S^{mg}) Δ 566 persistit] postsistit *HW* ꝑsistit *P* permittit *A*

Dum terrena levat, docet ut caelestia condat
Factaque saepe manu nunc construit atria verbo.

De eo ubi sanctus Paulus in Epheso cum duodecim viros de Spiritu sancto interrogasset, nec nomen hoc se audisse dixerunt quod ab Iohanne fuerint baptizati; quos Paulus quia baptismum Iohannis inventuri nomine fuisse perdocuit, eosdem in Christi baptismate baptizavit, et Spiritus sanctus eis mox linguas varias tribuens supervenit.

l. 4 inventuri] in venturi *Mras.*

Ulteriora sequens lustratis finibus arva,
Conveniens Ephesum Paulus docet atque ibi quosdam
Prospiciens adstare viros, „An Spiritus almus
Venerit his?“ quaesitor ait; qui fonte Iohannis
Se dudum maduisse ferunt; nam nominis huius
Expertes hucusque trahi; quos flumine sacro
Abluit et sanctus mox Spiritus ora replevit
Verborumque dedit solitis virtutibus imbrem.
Saepius arma movent ista de parte profani
Et bellare parant, quibus ut contraria possim
Fundere tela loquens, tu nunc mihi largius ora,
Spiritus alme, riga, sint ut tibi dogmata digna
Quae dederis! Tu vocis iter, tu semita linguae,

569—618 *v.* Act. 19, 1—6 574 *cf.* Sil. Ital. VIII 450 flumine sacro; Verg. *Ae.* VIII 72 flumine sancto 575 *cf.* Verg. *Ae.* IV 684 abluam, et 576 *cf.* Verg. *Ae.* IX 280 verborumque fides 577—578 arma... parant] Act. 19, 9; 19, 13 579 *cf.* Verg. *Ae.* XI 610 fundunt... tela 579—580 *cf.* Verg. *Ae.* VI 699 ora rigabat; Ov. *Met.* XI 419 ora rigavit; *idem Amor.* III 9, 26 ora rigantur; Prop. III 3, 52 ora... rigavit 581 *cf.* Verg. *Ae.* VII 534 vocis iter; *sic etiam* Val. Fl. II 455; Mart. XI 91, 11; *infra Ep. ad Parth.* 56; Ov. *Ib.* 570; Venant. Fort. *Carm.* X 13, 1 semita vitae

568 verbo] praedicatione sua *T* 573 nam] ferunt *C* 574 quos] viros *C* 577 vox poetae *C* 578 quibus] profanis *a* 581 figura mystica *G*

573 maluisse *Z* matuisse *A* 579—905 *om. J* 581 linguae] vitae *I**

I: *PHRTCA*
II: *FI*
III: *GLKE*

Tu dicture, veni qui per tua munera semper
Quod reddamus agis donique resuscipis usum!
Nomine venturi praecursor in orbe Iohannes
Exhibuit baptisma suum Dominoque paravit
Ipse viam memorans cunctis baptisma futurum
Post aliud, quod iure dátur, quod trina potestas
Illustrare solet; sed quod magis eligit huius
Tangere Christus aquas, formam facit omnibus ad se
Currere, fonte pio sacram ne deserat undam
Ulterius mortale genus, quam corpore mundo
Et Dominus dignatus erat cum diluit amnem
Per famulum mergente Deo. Iam flumine tacto
Discipulis hoc cessit opus, quos dogmata plures
Baptizasse canunt; servi cessare lavacrum
Fas fuerat veniente Dei praenuntius ex quo
Dixerat ista prius; quo fecit tempore Iesus
Iam plenum baptisma geri velut ante Iohannes,
Cur solitum propriumque daret? Quae regula Paulum
Compulit ut Christi deberent fonte renasci.

584—619 Iohannes exhibuit baptisma suum] Matth. 3; Chrys. *In act. Ap.* Hom. I 5—8 (*PG* LX 21—26) 584 praecursor] Matth. 3, 11; Act. 19, 2—4 585 paravit] Matth. 3, 3; Claud. *In Rufin.* I 189 dominoque parabat 591 *Carm. Adv. Marc.* I 20 corpora munda 594 cessit opus] Matth. 28, 19; Mart. VIII 51, 7 cedit opus 595 servi] Pseudo-Maxim. Taur. appen. *Serm.* 9 (*PL* LVII 861 c); Bed. *Ex. act. Ap.* I 5 596 *cf.* Verg. *Ae.* XII 28 fas erat; *sic etiam idem Ge.* I 127 praenuntius] Mal. 3, 1; Marc. 1, 2—3 ex quo] Matth. 21, 16 ex ore 597 ista] Marc. 1, 8 598 velut ... Iohannes] Marc. 1, 8

584 figura mystica *A* explanatio cum figura mystica *S* 591 ulterius] deinceps *C* 592 diluit] purgavit *C* 593 famulum] iohannem *C* 594 dogmata] scripta *T* 595 servi] iohannis *F* 596 veniente] lavacro *C* quo] lavacro *T* tempore *C* 597 ista] qui prae me venit *J* 600 deberent] ephesii *C*

I: *PHRTCA* 586 ipse] iste *YΦ* 596 Dei] deo *Ξ*, *cf. Gloss. a. h. l.* 597 pius
II: *FI* *CR** 599 cum *CG* (r *supra scr.* G^2) M^{vl} solidum *G* (t G^{vl}) solum
III: *GLKE* *A* M^{vl}

Quem non venturum sed iam venisse Iohannes
Insinuans digito caelestem prodidit Agnum,
Hunc peccata canens a cuncto tollere mundo.
Quid geminum baptisma cupis simulare, profane?
Dissona non iterant; repetitio rem tenet ipsam,
Non aliam, bisque illa foret quae primitus esse
Coepit et ipsa redit; nam cum discordet origo
Principii finisque sequens, et singula dici
Et patet esse semel, nulloque errore gravantur
Quae collata simul possunt divisa probari.
Cum tamen haeretico nigredine plenus Averni
Polluitur quicumque lacu, si lumen habere
Ecclĕsiae vult fonte piae, non cogit ad undam
Nostra fides hunc ire iterum quia nomine trino
Dogmata prava trahunt, nec qui sed quid dare possint
Explorare solet positae quem vera fateri
Instituere manus, solusque repellitur error
In diversa trahens quod Spiritus efficit unum.

---

601 venisse Iohannes] Marc. 1, 3—11 611 *cf.* Verg. *Ae.* X 509 cum tamen 616 *cf.* Ov. *Ex Pont.* III 1, 79 vera fateri; *sic etiam ibid.* III 9, 19; *idem Her.* XIV 47 618 *cf.* Stat. *Theb.* I 135 in diversa trahunt; *ibid.* VII 38 in diversa ferunt

---

605 alloquitur modo profanos ‖ iterant] repetuntur *T* 607 origo] baptisma iohannis *C* 608 finis] baptismi christi *C* 612 quicumque] aliquis *C* 613 per fontem baptismatis *ΘΠ* ‖ in fonte baptismatis *I* forsitan *X* 615 trahunt] hunc ad baptismum *C* dare] sint qui dant *T* 616 quem] baptizatum *I* 617 manus] haereticorum *C* baptizantis *T*

---

602 insignans *YZ* 609 simul *A C* K* U* 610 diversa *KΞ* I: *PHRTCA* 611 tamen] tunc *CF²H*P* haeretica *DFH²IR¹T²UWΔΘ²ΠΦΨΩ* ‖ II: *FI* haereticu *T** h**eretica *X*; *cf. fusae* I 173 613 forte *ACEGH²IK* III: *GLKE* *LMRST* (fonte T^{vl}) *U* (fonte U^{vl}) *WXYZΔΘ*ΛΞΦ*, *cf.* fonte II 590 615 pura *H** parva *AR*V* quid] quod *H*T*WΨ* possunt *DIPS* *T²YZΘ²ΞΠΦΨ* ‖ *text. parum. clar. H* 616 quem] quam *K** qua $M^{vl}R^{*}$ cum WX^{vl} 617 *om.* *Θ** 618 *om.* *P*

Hos etiam bis sex memorat Scriptura fuisse.
O sacer et felix numeri modus! Agmine fuso
Cum meruere cibi damnorum semine nasci,
Iuris apostolici lata est tot gloria vasis.

De eo ubi in Epheso, cum sanctus Paulus diversis modis tribueret sanitatem, septem Iudaei daemoniaco manus imponere praesumpserunt, dicentes se in Christi hoc nomine quem Paulus praedicabat efficere; quos daemon ⟨rogatus⟩ et responso reddito laceratos effugavit; quod populus agnoscens venit ad baptismum. Sed aliqui libros magicos incenderunt quinquaginta nummorum milibus aestimatos.

l. 5 daemon] daemon ⟨rogatus⟩ *Mras*

Iam sermone potens Ephesi converterat urbem
Paulus, et aethereis fulgebat gloria signis.
Cumque per innumeros nutarent saucia morbos
Corpora — nec miseros operata refecerat aegros
Artificum medicina manu — velamina sacra
Absentes petiere sibi, quibus adfuit ardens

619—622 *v.* Act. 19, 7; Iosh. 4, 8—9 619 bis sex] *de figura cf.* Maxim. Taur. *Serm.* 107 (*PL* LVII 764a); *idem De Cap. Ev. Ex.* 10 (*PL* LVII 817c—d); Iustin. Mart. *Dialog.* 42 (*PG* VI 565) *τὸ δώδεκα κώδωνας . . . τῶν δώδεκα ἀποστόλων* Sedul. *Pasch. Carm.* I 361—362 Apostolici semper duodenus honoris / fulget apex numero, menses imitatus et horas; Prud. *Dittoch.* 15 bis seni lapides 620 agmine fuso] Matth. 14, 22; Sil. Ital. XV 807 agmina fuso 621 *cf.* Claud. *De Rapt. Pros.* II 44 semine nasci 622 vasis] Matth. 14, 20 623—641 iam . . . odor] Act. 19, 8—12

619 redit ad narrationem *Π*ᵓ 622 tot] XII *C* vasis] cophinis XII cophini pleni fragmentorum comparantur XII apostolis *C* 623 converterat] ad christum ᵓ urbem] metonomia; per urbem populos designat *Π* 624 gloria] crux christi *C* 626 operata] facta *T*

I: *PHRTCA* II: *FI* III: *GLKE*

623 conscenderat *H* (converterat H^{vl} W^{vl}) *W* X^{vl} convenerat *ADEG* (ver G^{ss}) *KMOT*UΞ* 626 refeceret PV^{2} refecerit *U* refĭceret *CF* $H^{2}IT^{2}V^{*}WXYZ\Delta\Theta^{2}\Pi$[ב] reficerat *AGSΘ**

Ut caderet vapor ille fides finemque calori
Altera flamma daret; semicinctia denique Pauli
Atque ablata palam sudaria fusa per artus
Languorum pressere focos, membrisque repostae
Ad nihilum fluxere lues; vigor omnia curans
Tactus erat, nullaeque domus a munere cessant
Quod medica de veste ferunt. Virtute sub ipsa
Spirituum quoque turbo minax, velut irrita fumi
Pars per inane fugit, ne fabrica pulchra Creantis,
Quae plasmata solo caelestis imaginis instar
Traxit et auctoris speciem pro pignore gestat,
Hospite sit polluta suo templumque decoris
Inficiat praedonis odor. Quo tempore septem
Iudaea de stirpe viri nova proelia temptant.
Sic prius affati: „Quem Paulus nomine Iesum
Praedicat, hunc tibimet pariter proponimus et nos;
Pervasum dimitte locum.“ Vox reddita contra,

629—630 finemque calori altera flamina daret] Sedul. *Pasch. Carm.* I 203—204 vincunt incendia poenae/ igne animi; *idem Hymn.* II 55—56 credentis ardor plurimus/ extinxit ignes febrium 631 sudaria] Act. 19, 12 deferrentur a corpore eius Verg. *Ae.* VI 726 infusa per artus; Luc. *Phars.* IX 56 effusa per artus; Claud. *Carm. min.* 29, 18 (Loeb.) fusa per artus 634 *cf.* Stat. *Silv.* II 1, 135 munera cessant 638 plasmata solo] Gen. 2, 7 639 auctoris speciem] Gen. 1, 26—27 641—674 quo ... nefas] Act. 19, 13—19 642 *cf. supra* II 355 de stirpe viros Verg. *Ae.* III 240 nova proelia temptant; *ibid.* II 334 proelia temptant 645 vox] Act. 19, 15 Verg. *Ae.* VII 95 vox reddita; *sic etiam* Val. Fl. I 209; Stat. *Theb.* II 536 reddita contra/ vox

631 ablata] a paulo *G* aportata *Θ* aptata ℑ apportata *CF*, *H ut vid.*, *IXΠ* illata *X* 632 focos] calores *C* 634 tactus] vestimentorum pauli *C* 635 quod] munus *C* 636 spirituum] immundorum *C* 640 hospite] adventore diabolo *C* 643 figura mystica *L* 644 et nos] VII viri ℑ 645 locum] corpus *C* vox] diaboli *C*

631 oblata *CDFIR²ST¹UV*XYZ*ΔΘ¹ΠΦΨΩ*ℑ allata *ALM¹* I: *PHRTCAOV¹Ξ*; *cf. Font. a. h. l.* 636 turba *DHLR¹SZ¹ΔΘΠΨ*ℑ, *v. l. cr.* II: *FI* 638 plasmāta *v. l. cr.* 639 gestat] portat *CH*(gestat *C^ss H^mg*)*PR^vl* III: *GLKE T^mg Z^ss Ξ* iestat *F* gestant *E** 642 temptent *D** 643 pius *PR** 644 praeponimus *GLMOR¹WΘ¹Δ* praeponitur *R**

„Christus qui sit“ ait, „qui Paulus“ sentio; „nam vos
Ignotos vitare licet“. Cognosce furorem,
Gens inimica, tuum; daemon regnare fatetur
Quem venisse negas, atque hoc convinceris ipso
Quo stimulante ruis, cui non datur ore placere
Quod terrore movet; contraria dicere voto
Causa Dei prohibet, quam lex comitatur amoris.
Haec est vera fides. Quae tunc spectacula plebi
Quamve triumphalem Domino vincente coronam
Contigit inde geri, rabido cum murmure frendens
Daemonis ira suis bene noxia rumpit amictus
Dissecat et facies fugiuntque pericula victi
Nudaque praecipiti convertunt terga pavore!
Quid, Iudaea ferox, iam non de clade timebis,
Quae socio sic hoste peris, cui criminis auctor
Punitorque idem est, ne sit te iudice pulsus,
Qua simul est peccante reus? Mox fama per urbem
Sparsit ubique volans et daemonis edere vocem
Quod virtus est summa Dei. Concurrere gaudent

647—650 *cit. a.* Bed. *Ex. act. Ap.* XIX 15 cognosce ... ruis Chrys. *In act. Ap.* Hom. 41, 2 (*PG* LX 290—291) 648 *cf.* Verg. *Ae.* I 67 gens inimica 655 *cf.* Verg. *Ae.* I 245 vasto cum murmure; Ov. *Met.* II 455 cum murmure labens; *sic etiam ibid.* XI 603 655—656 *cf.* Bed. *Vit. S. Cuth.* 41, 2 (*PL* XCIV 593b) daemonis ira terens 657 fugiunt] Act. 19, 16 662—663 *cf.* Verg. *Ae.* VIII 554 fama volat ... per urbem; Ov. *Met.* VIII 267 fama per urbes; Verg. *Ae.* XII 608 fama per urbem; Luc. *Phars.* IV 574 fama per orbem; Verg. *Ae.* IV 173 fama per urbes; Act. 19, 17—18 663 *cf.* Val. Fl. IV 24 edere voces

---

647 vox poetae *C* apostropham facit ad iudaeam *I* ignotos] christo *C* vitare] me *C* 650 cui] daemoni *C* 653 vox admirantis *T* vox admirantis poetae *IΠ* 655 cum] tunc *ΨJ* 662 metaphora *T* qua] te iudaea *I* 663 et] etiam *J*

I: *PHRTCA* 646 qui ... qui] quis ... quis *CF*^{2} (quis ... qui *F**) 649 ipsa *CW*
II: *FI* ipse *AI** ipsae *H* 655 rapido *E***LW***ΔΞ*, *cf. etiam* II 242, 449,
II: *GLKE* 776; 957; 1084 662 quo *CU*^{vl} quam *AT** que *Ξ** urbes *D* orbem *AG***ΘΨ** 664 victus *AR***T**

In latices intrare pios maculasque vetustas
Fonte lavare novo sanctisque nitescere lymphis,
E quibus una datur simul insons omnibus aetas.
Ast alii magicis ponunt incendia libris,
Ut mereantur aquas, et vitant ignibus ignes.
Ardua flamma nimis, cuius super aëra fulgor
Evolat et caelum tales petiere favillae.
Quinquaginta etiam pretium posuere libellis
Milia nummorum quoniam meruere nocentes
Sic abolere nefas. Huius haec causa figurae est:
Lege sacer numerus delicta resolvit, ut olim
Diluit in toto David sua crimina Psalmo
Contractusque fugat; nam quinquagesimus annus
Cum Iubilaeus adest, proprii distractio ruris
Antiquo donatur hero; servire coactos
Libertas amissa petit; mala debita laxat
Creditor, et limen patriae vetus aspicit exsul.
Quinquaginta etiam cubitis distenditur arca,

665 *cf.* Sedul. *Pasch. Carm.* I 55 per latices intrate 666 *cf. supra* I 770 fonte lavans; Stat. *Theb.* IX 436 fonte lavare 668 ponunt incendia libris] Act. 19, 19; Sedul. *Hymn.* I 38 seditiosa tribus carpitur igne sacro 669 ignibus ignes] Verg. *Ae.* V 584 orbibus orbis; *sic etiam ibid.* VIII 448 ignes] Matth. 13, 42 672 quinquaginta] Act. 19, 19; *de figura cf.* Num. 4, 3; 4, 23; 4, 30; 4, 35; 4, 39; 4, 43; 4, 47 *anni*; Gen. 6, 15; Esth. 5, 14 *cubita*; Levit. 25, 10; 25, 11 *quinquagesimum annum*; Hieron. *In Isa.* 2 (*PL* XXIV 60b) 680 *cf.* Claud. *In Eutr.* I 69 libertas promissa 680—681 mala . . . creditor] Levit. 25, 10 682 quinquaginta] Gen. 6, 15

668 ponunt] faciunt *C* 669 vitant] vincunt *M* ignibus] fidei *C* ignes] inferni *C* 674 figura mystica *O* figurae] numeri *T* similitudinis *C* 676 Psalmo] quinquagesimo *T* 679 donatur] redditur *T* 680 petit] repetit *T* 681 vetus] longaevus ℶ

669 vitent *CDFG, L*[2] *ut vid., R*[2] *VWXZ*[2] *ΔΘ*[2] *ΠΦΨ*[2] ב ℶ 670 aethera I: *PHRTCA* *C1LR*[vl] *RyV***WXΔΠΨΩ* ℶ ae*a *P*[1] aerea *G** 673—1140 *def. V* II: *FI* 679 coactos] coactus *APR***T***YZ, Γ** *ut vid., Θ***Δ***Π** coactis *K***K*[3] III: *GLKE* (coactos *K*[2]) 681 creditur *A1***PR***S** conditor *Δ* afficit *YZ*[2] (a**icit *Z*)

Quae depressa vadis atque aequore tuta salutem
Sub numero pietatis agit servataque crescit
Per spatii parcentis opem, quia Christus ubique
Condidit Ecclĕsiam venia fabricante capacem,
Quae sic coepta fretis latissima funditur arvis.

De eo ubi Ephesi contra sanctum Paulum Demetrius argentarius qui Dianae aedes faciebat argenteas, seditionem concitavit. Post cuius allocutionem ad theatrum irati pariter cucurrerunt, ubi nihil praevaluit strepitus insanorum.

Infelix Ephesi Demetrius arte locabat
Sacrilegis delubra locis argentea suetus
Solvere vota suae pretio maiore Dianae;
Cedere cuncta videns prisci monumenta furoris
Ingemit et vanas his vocibus excitat iras:
„Non pudet, o socii, nostram cecidisse Dianam
Quam mundi suspexit honor? Mortalibus ultra
Quae speranda salus si non per saecula possunt
Fine carere dei? Quae nunc simulacra sacellis,

---

683 *cf.* Claud. *In Eutr.* II 430 deprensa vadis; Gen. 7, 18 ferebatur super aquas 688—752 *v.* Act. 19, 23—35 688 Demetrius] Hieron. *De nom. Heb.* (*PL* XXIII 891) Demetrius. vehementer innectens, sive nimium persequens 692 *cf.* Verg. *Ae.* I 93 ingemit et; *sic etiam* Ov. *Met.* I 164; Stat. *Theb.* III 30; *ibid.* XI 747 Verg. *Ae.* II 594 excitat iras 693 *cf.* Verg. *Ae.* XII 229 non pudet, O; *ibid.* IX 598 non pudet 696 *cf.* Ov. *Ex Pont.* III 7, 2 fine carere

---

683 depressa] elevata $CFIX\Theta\Pi^2$ ℑ elevatur Π^* natans *O* 684 numero] quinquagenario *T* 685 spatii] temporis *C* 687 fretis] aquis baptismi *C* 695 figura mystica *O* 696 simulacra] poterunt dare ℑ

I: *PHRT'CA* II: *FI* III: *GLKE*

683 deprensa $CDFIL^2T^2X\Theta\Pi\Phi\Psi^*$ deprehensa R^* (h *del.* R^1) *RyST*^{vl}*UYZ* ℑ depensa AT^* depressa T^3 pressa *K*; *v. l. cr.* 685 servantis $C^{gl}E$(parcentis E^{vl}) $I^{ss}U^{ss}\Omega$ se parcentis I^* parcertis *P* 689 suetis *Mras* 692 vanas] varias *LU* 693 non] nam *P* num *U* 695 possint T^* ℑ

Quae poterunt dare tura focis? quos advena Paulus
Territat et quicquid gerimus pro nomine divum
Muta metalla vocat, quorum discedit ab urbe
Religio pulsique fugam petiere Penates.
Hei mihi, iam video subitis lapsura ruinis
Condita fana diu, templi quoque nobilis aedem
In cineres stragemque dari! Quam prendimus arcem
Quamve tenemus opem, quibus interclusa facultas
Est operum crimenque foret fecisse Dianam?
Pergite! Tempus adest. Labor ultimus omnia secum,
Si desperat, habet; sola est via vincere victis
Formidare nihil; restat sors certa triumphi
Pro superis movisse manus. Insurgite telis,
Et, quam vota deam celebrant, hanc arma reposcant!“
His dictis plebs mota fremit, magnamque Dianam
Communi clamore vocant, ac praepete cursu
Itur in obscenum cum seditione theatrum.
Non alio decuit causas meritumque Dianae
Lascivos tractare foro; capit area turpis

697 Paulus] Act. 19, 26—27 698 *cf.* Luc. *Phars.* V 292 quidquid gerimus 699 urbe] Act. 19, 27 orbis colit 700 *cf.* Verg. *Ae.* III 603 petiisse Penates 701—702 *cit. a* Bed. *de Art. Metr.* (Keil. *Gramm. Lat.* VII 229, 22—23) ei ... aedem 701 *cf.* Luc. *Phars.* IV 43 vidit lapsura ruina 705 Dianam] Act. 19, 27 709 *cf.* Luc. *Phars.* II 261 movisse manus; *sic etiam* Sedul. *Pasch. Carm.* V 96 Verg. *Ae.* III 560 insurgite remis 711 magnamque Dianam] Act. 19, 28 713 obscenum ... theatrum] Tac. *Germ.* 19, 1 spectaculorum inlecebris corruptae theatrum] Isid. *Et.* XV 2, 34—35 714—716 *cit. a* Bed. *Ex. act. Ap.* XIX 29 non alio ... opus

697 poterunt] homines *C* quos] deos *C* 699 vocat] paulus *C* quorum] divorum *C* 701 vox demetrii adhuc *C* 707 desperat] pugnare *C* 709 telis] cum armis ℶ 710 arma] epitheton *T* 714 vox poetae *C* poeta *O*

697 poterunt] poterant O^*R^*T pocierunt Ξ 698 numine CHK^2 I: *PHRTCA* (nomine) K^*K^3 699 discedat E^* discessit *G* orbe $CE^*GIOPR^{vl}U^2$ II: *FI* (ore U^*) $Y.Z\Lambda\Lambda\Xi\Pi\Psi$ ℶ, *cf. Font. a. h. l.* 701 hei *cf. Test a. h. l.* III: *GLKE* 703 cinerem T^2 ℶ cineris G^*P 712 vocat I^*W

Concilii deformis opus; tamen impetus amens
Fluxit ut in vacuas oculis qui labitur auras
Nullaque dispersus retinet vestigia fumus.
O miseranda manus! Cui tu praestare laboras
Perpetuam cur esse putas? Te teste sacellis
Eruitur fugitiva suis. Quo iure pavescis,
Qua pereunte doles caeloque adiungere temptas
Quam terris remanere negas? Nunc ordo figurae
Explorandus erit latebrisque videndus apertis:
Dicitur e solo Demetrius atria demens
Argento posuisse deae, cum plura capaci
Protulerit natura sinu quibus ista metallis
Fingeret, ut fusis animantur vultibus aera
Ingeniique manus promittunt vivere cautes.
Quod si sanctiloquos volvamus ab ordine libros,
Inveniemus iter, puris quia sensibus aurum
Comparat, argentum nitidis Scriptura loquelis.
Nam Psalmus licet ista canat; tamen, inclute Moyses,
Altius hoc memoras populo cum talia dictas:

---

716 *cf.* Luc. *Phars.* IV 279 impetus amens; *sic etiam* Stat. *Theb.* VII 47 717 *cf.* Verg. *Ae.* VII 646 perlabitur aura 719 *cf.* Verg. *Ae.* XI 259 miseranda manus 720 perpetuam] Chrys. *In act. Ap.* Hom. XLII 1 (*PG* LX 295—298) 722 doles] Act. 19, 27 723 figurae] Bed. *Ex. act. Ap.* XIX 24 725—753 *v.* Act. 19, 25—27 727 *cf.* Luc. *Phars.* I 590 protulerat natura; *ibid.* VII 810—811 natura.../... sinu 731—732 *v.* Iob 28, 12—17 732 argentum... loquelis] Ps. 11, 7 733 *cf.* Verg. *Ae.* XII 179 inclyte Mavors 734 *cf.* Verg. *Ae.* X 680 haec memorans

---

717 oculis] ablativus *C* 719 poetae *A* miseranda] exclamatio poetae *A* cui] dianae *T* 723 nunc] modo allegoritabit *Π* 724 figura mystica *O* 725 figura mystica *RΘ* 726 plura] metalla *C* 734 altius] profundius *CX*

I: *PHRTCA* 721—722 quo.../... doles *om. A* 722 *om. R** 728 ut] et
II: *FI* *CWZ** animentur *DFL²* *ut vid.*, *XΠΨ²* 734 haec *omn. codd.*
II: *GLKE* *praeter CH*PΞΦ²* (*JVΓΣ def.*) *n. b.* altius *subst.* dicas *F²ΔΨ²* dicta *AR** dictat *S**

„Aurum atque argentum templorum ferte decori.“
Quod iacet interius menti non dura metalli
Materies sub corde latet, sed apertius illud
Exagitat quod Christus amat; mens obtulit aurum
Cui fuerit pretiosa fides, pariterque ministrat
Argentum cui voce sonant bona tympana cordis,
Ut Dominum duo iuncta colant: de pectore sensus,
De sermone sonus; sic aurum dogmata Legis
Argentumque petunt hoc ad pia templa parari.
Nos, quia templa sumus si crimina cuncta recedant,
Praescia verba monent, quod apostolus ipse revelat.
Corde salus credentis erit confessio voce.
Sacrilego res una fuit: Demetrius aedes
Condidit argento, cuius facundia movit
Hos animos, ut norma probet sine iudice sensu
Numina vana coli nec de virtute venire
Pectoris istud opus, cui pars haec sola dicatur
Quae rationis inops nudam serit ore loquelam.

735 *v.* Exod. 25, 3 737 *cf.* Stat. *Theb.* X 232 sub corde movet; *idem Ach.* I 953 sub corde tene 742—743 aurum ... parari] Exod. 25, 29 744 templa] I Cor. 3, 16 747 Demetrius] Act. 19, 24—27 752 *cf.* Verg. *Ae.* V 842 ore loquelas

735 aurum] intellectum *X* argentum] eloquentiam *X* 736 quod] aurum *X* 737 illud] aurum *Π* 738 quod] intellectum *Π* 739 cui] menti ȝ 740 cui] menti *I* 743 templa] mentes *T* 745 quod] hoc ȝ illud *X* 747 sacrilego] demetrio *X* res una] eloquium sine sapientia et intellegentia *X* 748 argento] solo *X* 749 norma] regula doctrinae *X* iudice] spiritali ratione *X* 750 nec] et ut probet ȝ 751 pectoris] demetrii *C* cui] demetrius *C* haec] facundia *X* dicatur] fuisse *X*

735 offerte *X* deferte *G* ferre *Ξ* forte *Π** parte *Y* 739 fuerat *ΔΠ* I: *PHRTCA* 740 *post* 741 *Ξ* 740—742 *post* 747 ȝ* 743 haec *C* hac T^2 744 qui II: *FI* *PST*Z*^{2} 745 praescia] plurima *EGK*MOΛ* pretia *T** p̄*ia *Θ** III: *GLKE* (p̄pia $Θ^2$) p̄ia *A* templa *R** movent *AH* (monent H^{vl}) *R** monet *G** 752 gerit *ADFG*^{2}*IK*^{2}*R,S* (g *supra scr.* S^2), *TUWXΔΘΠΩ* ȝ (serit $H^{vl}R^{vl}U^{vl}$), *cf.* semina II 757; spargeret II 758

De eo ubi sanctus Paulus in Troia in cenaculo usque ad noctem praedicans lampades fecit incendi; ibique Eutychus adolescens dormiens in fenestra cecidit de tertio cenaculo et imo mortuus est repertus; in quo Paulus incubuit dicens animam eius intra ipsum esse; et resuscitatus puer ubi Paulus docebat ad primum est cenaculum revocatus.

Tu quoque signa ferens titulos in carmine nostro,
Troia, repone tuos et laudibus adde triumphos,
Qui magis ex vero fulgent tibi clarius actu
Quam quae pomposo reboant tua bella cothurno.
Lingua colona Dei cum semina feta saluti
Spargeret, in seram produxit tempora noctem
Plus animis factura diem; micuere coruscae
Lampades, ut verbi lucerent igne fideles.
Solus ab excubiis vivacibus Eutychus exsul
Mersa sopore gravi commisit membra fenestrae.
O male parta quies! O semper dedita somno
Pectora, nuda bono! Quantis patet ille ruinis
Quem nox sola tenet numquamque resuscitat aegrum
Ad meliora caput! Nescit vigilare periclo
Qui patitur dormire Deo. Quid inane fenestrae

753—754 *cf.* Ov. *Ar. am.* II 625 titulos imponimus 753—825 *v.* Act. 20, 6—12 753 *cf.* Verg. *Ae.* VII 1 tu quoque; *sic etiam ibid.* X 324 756 *cf.* Sedul. *Pasch. Carm.* I 18 grandisonis pompare modis tragicoque boatu 760 lampades] *de figura cf.* Bed. *Ex. act. Ap.* XX 7—8 761 Eutychus] Chrys. *In act. Ap.* Hom. XLIII 1 (*PG* LX 303, 1) 763 *cf.* Ov. *Her.* VI 157 male parta; Verg. *Ae.* III 495 parta quies; *sic etiam ibid.* VII 598; Luc. *Phars.* V 373; Claud. *In Eutr.* II praef. 52 764 *cf.* Ov. *Fast.* III 864 pectora nuda; *sic etiam ibid.* IV 454; Mart. X 50, 2; Prop. III 8, 8 767—768 *cf.* Ov. *Fast.* IV 600 inane chaos; *sic etiam Ar. am.* II 470; Stat. *Theb.* VIII 100 767 fenestrae] Act. 20, 9

I: *PHRTCA* 753 poeta dicit *M* 756 quae] bella *R* 757 lingua] pauli *X*
II: *FI* colona] serviens *X* 763 vox poetae *C* poeta *O* 764 bono] bonitate
III: *GLKE* christi *X* 766 periclo] in *X* 767 patitur] se ipsum *T* Deo] de *T*

Quaeris, adulte, chaos quidve hac in parte quiescis
Qua ruiturus eris? Res est inimica saluti
Pendula celsa sequi furtivaque somnia prono
Carpere velle toro; poteras meliore cubili
In verbo recubare Dei Pauloque monente
Eius velle aditum cui limine pervia recto
Ianua nomen inest, per quam de fonte levatae
Ad vitam gradiuntur oves; hanc quaerite cuncti
Si rabidas fauces cura est morsusque cruentos
Evitare lupi, cuius lacerabitur ore
A pastore fugax qui sparsos vocibus agnos
Evocat atque gregem propria de morte redemptum
Non sinit insidiis et amari vulnere dentis
Rursus ab hoste capi. Maesto sonuere tumultu
Atria; concurrit gemitu miserata frequenti
Turba videre locum qui funere tristis acerbo
Laetitiam facturus erit; cui Paulus adhaerens
Pectore „vivit“ ait; quam vocem vita secuta est,
Morsque repulsa fugit. Quantum tua, Christe, potestas

773 recto] Matth. 3, 3 774—775 ianua ... ovis] Ioh. 10, 7 779 *cf.* Verg. *Ae.* VI 121 morte redemit 780 *cf.* Verg. *Ae.* XII 160 vulnere mentis 781 *cf.* Ov. *Trist.* II 204 ab hoste capi 781—782 *cf.* Verg. *Ae.* II 486 gemitu miseroque tumultu 783 *cf.* Verg. *Ae.* VI 429 funere ... acerbo 784—785 adhaerens pectore] Act. 20, 10; Ov. *Met.* IV 694 corpore adhaerent; Verg. *Ae.* X 845 corpore inhaeret 785 *cf.* Ov. *Her.* VI 29 „vivit“ ait Ov. *Met.* XII 82 vocem ... secuta est

773 eius] christi Π cui] christo Π 778 vocibus] propriis nominibus singulorum *T* 781 redit ad narrationem $\Theta\Pi$ 782 redit ad historiam *T* 783 metaphora Λ 784 cui] adolescenti Π 786 apostropham ad christum facit *H* quantum] admirative loquitur *T* vox admirantis exclamatio *I* apostropham ad christum Θ

773 limite $\Theta\Xi$ recte *P** rectum *AIR*T** (recto T^3) *WY*Θ* (rectu Θ^2) recta *D*T*^{2} 774 lavatae *CE*^{2}*FH*^{2}*IR*^{2}*SUY* (levatae *E*E*^{3}) $S^{vl}\Xi\Phi\Psi\beth^2$ levante *P** laute Θ^{ss} 776 rapidas *CHPTUZ*$\Lambda\Xi\Omega$ rapida *Y*, *cf.* supra II 242 784 erat *CD*, *G*^{2} (a *supra scr.* i), *H*^{2}*KLMO R*^{2}*X*$\Lambda\Lambda\Pi\Psi\Omega$, *cf.* II 724; 769

I: *PHRTCA*
II: *FI*
III: *GLKE*

In famulis operata facit! Tu redditus astris
Aequalisque Patri de maiestate perenni
Iura superna regis. Sed quod caro corpore matris
Virginis orta tibi regnum spoliavit Averni
Vivaque de proprio revocasti membra sepulcro
Teque probans voluisse mori qua parte resurgis
Et qua natus eras tam ferrea vincula solvis,
Lux aliis alterna redit te auctore simulque
Exemplo donata tuo, qui subdita dudum
Cogis et electis succumbere Tartara servis.
Interea felix surgit de morte cadaver
Et meliore via tria per cenacula sospes
Ducitur ad Paulum, cuius conspectibus insons
Coepit adesse puer vitae iam dignus honore
Cum leti convertit iter. Quae gloria facti
Instruit ad veterem causas aperire figuram:
Fulta tribus cameris Noe describitur arca

---

791 *cf.* Verg. *Ae.* X 558 membra sepulchro; *sic etiam* Luc. *Phars.* VI 765; Drac. *De Laud.* Dei II 175 (*MGH* Auct. ant. XIV 73); *cf.* Alcim. Avit. *Poem.* III 253 (*MGH* Auct. ant. VI 2, 231) 792 *cf.* Luc. *Phars.* VIII 621 seque probat moriens 798 tria] *de figura cf. supra* I 209 cenacula] Act. 20, 9 801 *cf. supra* II 318 convertit iter Verg. *Ae.* XII 322 gloria facti 803 tribus] Gen. 6, 16; *de figura cf.* Maxim. Taur. *Serm.* XX (*PL* LVII 575a)

---

789 quod] quia *Π* 793 qua] ex parte *Π* 796 et] etiam ϑ servis] fidelibus apostolis ϑ 797 redit ad narrationem *Π* 799 allegorice *O* redit ad narrationem Eutychi Θ 801 figura mystica *O* convertit] ad vitam *X* iter] viam *C* 802–803 figura mystica *ORΘ* 802 veterem] modo allegoritabit *Π*

I: *PHRTCA* 787 facit] dedit *H* (facit H^{vl}) *P* 789 matris] maturis
II: *FI* *AR*T** 792 tuque *A*, *R* ut vid.*, *T*Z*^{2} probas *DF*H*IT*^{2}*W*
III: *GLKE* *ΔΦΨΩ*ϑ 793 tam] iam *Ξ* quam *X** (tam X^{vl}) *Z** que *P* qui *DF*^{1}*H*X*^{1} qua *CF*I*, *T*^{1} (qua *in ras.*), *UWΓΔΦΨΩ*ϑ tum *R*Z*^{2}Θ 798 sospis *AYZ** hospis *R*T**

Ecclĕsiae documenta gerens; stetit ordine primae
Pars hominum, pecudesque gradum tenuere secundae,
Tertia sors addicta feris; quae cuncta per undas
Arca quadrata tulit, velut in baptismate fontis
Omnibus est nunc una salus, sed moribus unus
Non valet esse locus; nam nidos fertur in illa
Aedificasse Noe, quem Iustum dicit Hebraeus
Et Requiem, quod Christus inest, qui dividit aequus
Praemia certa suis. Quisquis virtutis amator,
Iungitur alta petens Noe; stat proximus infra
Ingenio breviore minor; sors dedita saevis
Tartareum tenet ima sinum. Sic Eutychus ergo
Prima parte cadens inferni perditus oris
Haesit et humana vacuus ratione ferarum
Coepit habere locum; cui postquam pectore Paulus
Incubuit verbumque suum sapientia fudit,
Ore levans animam carnali lege peremptam,
Ad Dominum de morte redit, quod Epistola clamat:

---

804 *cf.* Luc. *Phars.* VII 216 stetit ordine 805 *cf.* Claud. *De Rapt. Pros.* III 10 tenuere secundum 806—807 per undas ... velut in baptismate fontis] *de figura cf.* Maxim. Taur. *Serm.* XX (*PL* LVII 574a) 809 nidos] Gen. 7, 3 810 iustum] Iustin. Mart. *Dialog.* 138 (*PG* VI 793a) *δίκαιος γὰρ Νῶε* 811—812 *cf.* Ov. *Fast.* IV 887—888 divide .../... praemia 811 requiem] Gen. 5, 29; Hieron. *De nom. Heb.* (*PL* XXIII 826) Noe. requies 812 *cf.* Luc. *Phars.* IX 562 virtutis amator; *sic etiam* Sedul. *Pasch. Carm.* II 283 815 *cf.* Ov. *Fast.* V 244 Tartareos ... sinus Eutychus] Act. 20, 9 816 *cf.* Ov. *Trist.* III 5, 23 perditus oris 818 *cf.* Ov. *Fast.* I 518 habere locum 821 *cf.* Stat. *Silv.* II 5, 18 morte redit Epistola] Eph. 5, 14

---

804 primae] camerae *GT* in superna *T* 809 locus] status *C* 810 Hebraeus] sermo *C* 812 amator] est *T* 813 alta petens] ascendens ad gradum ecclesiae *C* 816 prima] altissima *C* 818 cui] euticho *C* 821 redit] eutychus *C*

---

804 primo *CD*, E^2 (o *in ras. ut vid.*), *FHK*M^2R^* (ę *in ras. ut vid.* R^2) T^2*UX*Γ*Δ*$Θ^2$*Λ*Ξ*Π*Φ, Ψ(?), Ω𐅵; *cf.* cameris 803 805 secundum II: *FI CDFH* (secundae H^{vl}), M^2R^2 (*post.* u *in ras. ut vid.*), *UX*Γ*Δ*Ξ*Π*Φ, III: *GLKE* Ψ(?), Ω𐅵; *de* cameris (803) *cf. Argumentum supra* primum cenaculum

„Qui dormis, iam surge citus!“ rursusque perurget:
„Teque vigil de morte leva!“ Super ardua trina
Promeruit iam stare puer, quia dogmate trino
Comperit aeternae quae sit substantia vitae.

De eo ubi sanctus Paulus in litore maioribus natu ex Asia convocatis valedixit plurima allocutus et admonens, significans quia annis tribus eis continuis praedicasset, dicens se Hierosolymam iturum et plura passurum vel quod ultra eum non viderent, admonens eleemosynam fieri; moxque genu posito orans turbis lacrimantibus est profectus; quibus dato osculo perrexit ad navem.

Iamque peragratis Paulus stationibus orbis
Ad Solymam venturus erat, quo Spiritus illum
Pergere saepe monet; cupiens in litore noto
Perpetuum memorare vale, simul undique sacros
Evocat has reddens caro de pectore voces:
„O dilecta manus quae Christi militat armis!
O summo plebs nata Deo! Meministis amoris
Et studii documenta mei; gentilia promptus
Agmina Iudaicosque tuli sine fine furores,
Ut vitae praecepta darem nullumque lateret
In populo narrata fides. A sanguine vestro
Mundus semper ero nec debitor oris avari

823 *cf.* Verg. *Ae.* VII 562 supera ardua 826—879 *v.* Act. 20, 16—35 826 *cf.* Ov. *Amor.* III 13, 33 iamque pererratis; *sic etiam* Stat. *Theb.* V 588; Claud. *De Cons. Stil.* III 333 830 evocat] Act. 20, 17 Verg. *Ae.* I 409 et reddere voces; *sic etiam ibid.* VI 689 Verg. *Ae.* V 482 pectore voces; *sic etiam ibid.* XI 840; Luc. *Phars.* IX 255 de pectore voces; *sic etiam* Val. Fl. VI 496; Stat. *Theb.* X 189 837 mundus] Greg. *Reg. Past.* III 25 (*PL* LXXVII 96d)

824 dogmate trino] praedicatione sanctae trinitatis *C* 826 hyperbole *M* aphaeresis *O*

I: *PHRTCA* 831 delecta *FIUR*^{vl}*WXΠΦΩ*
II: *FI*
III: *GLKE*

Clausa talenta luam sterilemque in semine verbi
Ieiunus culpabit ager; vos convenit inde
Usuram praestare piam cum venerit Auctor,
Qui meriti discussor erit servosque reposcet
Mensurae crementa suae. Mihi germina ferre
Sensibus ardor erat, quae passim credita sulcis
Sparsimus; at fructus tenues mala terra dolebit.
Vado videre crucis venerandam gentibus urbem,
Quo me iussa vocant; varii luctamen agonis
Hic dabitur certare mihi, nam cuncta subibit
Qui cursum complere volet; mitissima sors est
Poenarum quas vota gerunt regnique facultas
Perpetuo pro rege pati. Servate, ministri,
Ecclĕsiam Christi, pretium quam sanguine nobis
Fecit in orbe suo; famuli retinere laborent
Quod Dominus de morte dedit. Non cernitis ultra
Iam faciem vultusque meos; vigilantius, oro,
Commissos lustrate greges, quia dente rapaci
Convenient ad ovile lupi; custodia peccat,
Cum spoliis si raptor eat; pastoris inertis

838 *cf.* Verg. *Ae.* VI 251 sterilemque 842 mensurae] Luc. 16, 1—12 845 vado ... urbem] Act. 20, 22 848 *cf.* Luc. *Phars.* VIII 452 mitissima sors est 850—859 servate ... suo] Act. 20, 25—30 856 *cf.* Ov. *Trist.* I 6, 10 ovile lupus lupi] Matth. 7, 15] 857 pastoris] Nah. 3, 18; Zach. 11, 17

838 clausa] absconsa *C* sterilem] me avarum *X* 840 auctor] christus *C* 842 germina] semina *GT* 844 at] sed *IXΠ*ʒ pro sed *FTΘ*ɔ 845 verba pauli *C* 846 luctamen] pugna *CX* 847 hic] hierusalem *X* 849 vota] desideria *C* regni] futuri *C* 851 pretium] commercium *T* compensatum *C* 852 fecit] christus *I* 855 dente] metonomia *T* synecdoche pars pro toto *T*

838 in] ex *FΦ* 841 reposcit *AD*EGH*LMOPR*STYZ** I: *PHRTCA* *Θ*ΛΞΠ** reposcat *X**, *cf.* erit ... que 842 gemina *T** 844 at] II: *FI* ad *omn. codd. praeter DH²I* (sed I^{gl}) $R^{2}T^{2}W\Theta^{2}\Pi\Phi\Psi\Omega$ ʒ, *fortasse recte* III: *GLKE* 845 crucis] cunctis *YZ* (*del.* Z^{2}) 853 quae *P*, *v. l. cr.* 856 convenient] conveniunt *ΛSUΛ* 857 erat *R*T*WΓ**

Fraude perit quod praedo capit. Sed et acrior hostis
Intus erit, graviusque malum discordia portat
Quae vulnus sub pace creat; ne cedite duris;
Virtuti damnosa quies, nullumque coronat
In stadio securus honor; sua gloria forti
Causa laboris erit, rarusque ad praemia miles
Cui pax sola fuit; victoria semen ab hoste
Accipit; hinc oritur. Dominus plantaria vestra
Fecundare valet, qui per sua dona venire
Ad sua dona facit quodque adiuvat ipse ministrat.
Non ego divitias luxu fallente superbas
Alterna mercede tuli nec munera sumpsi
Vos potius quam vestra petens; me scitis ut istae
Cum sociis pavere manus. Assuescite gazas
In lucis proferre vias operumque locare
Thesauros in sede poli; nil proderit aurum
Defossis quaesisse locis, si claudat avarus
Quod celabat humus; quod non in paupere surgit,
In tellure iacet caecoque revolvitur antro
Obscura peccante manu; laxate supernis
Corda, precor, monitis, neque respuat ullus egeno

---

858 *cf.* Ov. *Fast.* II 227 fraude perit 860 *cf.* Val. Fl. VII 95 nec cedere duris; Verg. *Ae.* VI 95 ne cede malis 865—867 *v.* Act. 20, 32 866 fecundare] I Cor. 3, 7 867 *cf.* Ov. *Her.* V 146 ad sua dona 868 *cf.* Stat. *Theb.* XII 230 luctu fallente 869 *v.* Act. 20, 33 870—871 *v.* Act. 20, 34 878—879 *v.* Act. 20, 28; 20, 35

---

860 sub pace] simulata *X* 861 damnosa] est *C* 863 ad praemia] erit *C* 864 semen] initium pugnandi *C* 865 hinc] ab hoste *C* 866 venire] nos *C* 869 tuli] accepi a vobis *C* munera] terrena *Π* 870 ut] quo modo *C* quod *Π* sicut *T* istae] meae *X* 871 manus] metalepsis *T* 875 surgit] crescit *C* 877 obscura] avara *C*

I: *PHRTCA* 863 *om. AE*K*R*T** 865 nostra *D*ΞΠ** 870 me] vos PZ^2
II: *FI* 875 quod celabat] pectore que celabat *P* quod non] que non *P* in
III: *GLKE* paupere] pectore *YZ** 877 laxante *AT** laxare *Ξ* laxa *Z** laxa [..] *Ψ**

Tecta parare gregi, quo suscipit hospite Christum.“
Sic postquam fatus dedit oscula, cum simul orans
Flexit in arva genu strictique doloribus omnes
Ad lacrimas fluxere pias longeque per undas
Obtutu comitante sequi meruere carinam;
Dumque per oppositas extendunt lumina nubes,
Additur in pelagus oculis via, raptaque flabris
Puppis adhuc nota est et mulcet imagine mentes,
Affectuque animi crescit mensura videndi.
Sed quod ait: „Tribus haec annis praecepta saluti
Nocte dieque dedi“, patet hac ratione figura:
Qui canit Ecclĕsiae tria dogmata saepius edit
Historicum, morale sonans, typicumque volumen.
Sic etenim ternas capiunt sex vasa metretas,

879 *cf.* Claud. *Pan. Prob. et Olyb.* 264 tecta parant quo... Christum] Matth. 25, 40 880—887 *v.* Act. 20, 36—38 880 *cf. supra* II 412 oscula figat; Verg. *Ae.* I 687 oscula... figet; *ibid.* II 490 oscula figunt 881 *cf.* Ov. *Ar. am.* I 361 adstricta dolore 882 *cf.* Ov. *Trist.* IV 3, 42 lacrimae... piae; *idem Met.* XIII 621—622 piasque... lacrimas Claud. *Carm. min.* 49, 17 (Loeb.) longeque per undas 883—885 *cf.* Ov. *Her.* XIII 18 tuos oculos usque secuta meis; Val. Fl. I 495 oculis... secuntur 886 *cf.* Sil. Ital. XIV 446 puppis, adhuc Ov. *Met.* X 301 mulcebunt... mentes 887 *cf.* Ov. *Trist.* V 2, 8 affectusque animi 888—912 *v.* Act. 20, 31 888 tribus] *cf.* tribus *infra* II 910; tria 890; ternas 892; tres 895, 897, 908; triplicat 901; triplici 911; *de mystica vi numeri cf. supra* I 209 890—891 *cit. a* Bed. *Ex. act. Ap.* XX 31 qui... volumen 892 *cf.* Iuvenc. *Hist. Ev.* II 139—140 sex... / vascula quae ternis aperient ilia metretris ternas... sex vasa] Ioh. 2, 6

880 cum] tc H^{gl} 886 nota] illis intuentibus *X* 888 ait] paulus *C* 889 spiritalis sensus *Π* ratione] numero *C* 889—890 figura mystica *RΘ* 890 figura mystica *O* mysticus sensus *O* explanatio cum figura *O* 891 historicum] visibilem *C* morale] quod pertinet ad mores *C* typicum] spiritale *vel* figurale *C*

879 quo] qui *AH** in quo *Ω* quos *R*T** 880 factus *G*PT*YZ** I: *PHRTCA* cum] tum *FH* (tc̄ H^{gl}) $IT^{2}UWXΠΨ^{2}Ω$ tunc *Δ* ‖ K^{su} 881 strictis II: *FI* *C*EG*M*PZ²ΓΛ* que *om. P* 882 *om. AR*T*Φ** 884 cum III: *GLKE* *CLΦΩ* 888 salutis *DFHIR²T*UWXΦΩ* ‖

Quae veteri de Lege novo rubuere liquore.
Forma sacrīficii perfecti prisca canistro
Tres panes offere iubet; quibus additur illud
Discipulis quod Christus ait iam nocte roganti
Tres panes debere dari; nox ista profecto est
Mundus, ut, hic si quis verbi desideret escas,
Exhibeas, quaesite, dapes doceasque volentem
Quod Pater et Natus, quod sanctus Spiritus unus
Sit Deus et numerum triplicat substantia simplex.
Nec semel hoc pia iussa canunt. „Angāriat" inquit
„Te quicumque petens ut pergas praevius unum,
Cetera vade simul duo milia." Nonne videntur
Hoc mandata loqui: Si quis te consulit errans
Ignarusque viae, quid sit Deus edere malis,
Prode Patrem, subiunge libens, quod Filius et quod
Spiritus est almus, numero tres et tamen unus.
Hinc Iudaea vacans, sterilis quae dicitur arbor,
Exspectata tribus fructum non attulit annis,
Quod triplici spernens tractare volumina sensu
In fidei numeris nescit dare munera Christo.

---

895 tres] I Reg. 10, 3 897 tres] Luc. 11, 5 901—902 quod ... Deus] I Ioh. 5, 7 hi tres unum sunt 904 duo milia] Matth. 5, 41 906 *cf.* Stat. *Theb.* I 368 incertusque viae 909—910 *cit.* a Bed. *Ex. act. Ap.* XX 31 hinc ... annis 909 Iudaea vacans sterilis ... arbor] Matth. 3, 10; Iuvenc. *Hist. Ev.* I 336 silvae steriles 910 tribus] Luc. 13, 7 912 *cf. supra* I 933 munere Christus

---

895 quibus] mysteriis *T* panibus *C* 899 quaesite] o rogate *C* 902 inquit] christus *C* 906 edere] pandere *C* malis] magis vis *C* 909 vacans] otio *C* 910 expectata] a deo *C* 911 quod] eo quod *C*

I: *PHRTCA* 894 sacrīficii, *v. l. cr.* 895 perferre *A CEFIWX** (offerre X^{vl})
II: *FI* Ω p offerre *X*Φ** 897 iste *A CFH* H^{vl}IPR* (ista R^{vl}) *TWXY*
III: *GLKE* *ΘΦΨ* est *om. YZ*Ψ* 901 sint *CG²HLMPSWXYZ*Ω* sunt *ADEG*OR** (sụnt R^{1}) *T*UZ²ΓΘΛΠ*, *v. l. cr.* triplicat] triplicet *HR¹ ΛΨ²* (*deperdit. KΛΣ*) 905 haec *CDHX^{vl}ΛΘΩ* 906 malis] mallis *APR*T*YZ*Θ** (*tali** $Ξ^{2}$)

De eo ubi sanctus Paulus a Iudaeis in templo Hierosolymis tentus est. Quibus cupientibus eum interficere tribunus eripuit iniectis duabus catenis. Qui Hebraice allocutus est qua fuerit ad Dominum ratione conversus; et cum dixisset quia iussiset ei inde discedere et gentibus praedicare, clamaverunt debere eum tolli, ne viveret; et vestimenta sua in aëra vel pulverem iactaverunt; vel de quaestione quae aborta est de contrarietate verborum.

Nobile iam templum Salomonis Paulus adire
Coeperat et veteris sollemnia reddere Legis.
Corripit hunc Iudaea manus rabidoque tumultu
Conclamant necis esse reum, sed in arma tribunus
Evolat et vinctum geminis iubet esse catenis.
Quae tamen astrictis incumbunt dura lacertis
Non animum tormenta ligant, quod Epistola Pauli
Lumine plena canit vinciri posse ministros,
Vinciri non posse fidem, verbumque tenere
Suppliciis non esse datum. Gradibusque sub ipsis
Constitit Hebraeo plebi sermone locutus:
„O fratres patresque viri! Me nostis in oris

913—973 nobile ... creat] Act. 21, 26 *et* 22, 22 913—917 *v.* Act. 21, 30—33 917 vinctum] Act. 21, 33 alligari 918—919 astrictis ... ligant] Act. 21, 33; Chrys. *In act. Ap.* Hom. XLVII 1 (*PG* LX 327) 919 Epistola] II Tim. 2, 9 921—922 verbumque tenere ... esse datum] II Tim. 2, 9 sermo ... vinctus est 922—923 Gradibusque ... locutus] Act. 21, 40

915 rabido] iracundo fremitu *CFIΘΠ⊐* insano fremitu *X*ℶ forti sonitu *T* saevo *O* 917 vinctum ... esse] alligatum suis castris transmisit *F⊐* iussit eum ligari *IXΠ* 918 synecdoche a parte totum *T* poeta *Λ* 921 tenere] ligari *GM*

915 rapido *ACHTΛΘ*Ω*, *cf. supra* 242 916 conclamat *ACF* I: *PHRTCA IT²WXΛΠΦΨΩ*ℶ, *cf. Argumentum* 917 esse] ire *AC^vl DEGI^vl JK* II: *FI LMORSTUZ²ΘΛΞΦΩ*, *cf. Font. a. h. l.* 921 teneri *ACFJ²R²SU* III: *GLKE Ξ²ΦΨΩ*

His venisse rudem; doctrinae deditus omni
Legis amore fui; vobis modo testibus utor,
Quorum scripta ferens ardebam caede Damasci
Christicolas punire greges et finibus orbis
Hanc prohibere fidem. Sed non mortalia possunt
Auctori certare suo. Descendit ab astris
Lux oculos clausura meos, et ab igne corusco
Aucta dies latuit, caligantesque tenebrae
Orbibus incumbunt, quarum mihi tempore crevit
Adveniens cum nocte iubar. Discernere causas
Eventus post facta solet; bene vidimus umbras,
Usuri iam Sole novo. Sed et auribus haesit
Clamor ab ore Dei; repetito nomine Saule
Me Christus terrore quatit, ne signifer ultra
Auderem bellare sibi. Quo iure negabo
Quo feriente cado, cuius de munere pronus
Attollor meliore via perque ardua surgo
Sublimisque sequor felicia dona ruinae!
Iam satis, o cives, crudelia movimus arma.

927–929 quorum ... fidem] Act. 22, 3–5 929 *cf.* Verg. *Ae.* I 462 mortalia tangunt 930 *cf.* Verg. *Ae.* VI 404 descendit ad umbras; *v.* Act. 22, 6 931 *cf.* Stat. *Theb.* V 484 lux oculos Sil. Ital. XI 338–339 corusco igne; Hor. *Carm.* I 34, 6 igni corusco 932 *cf.* Iuv. VI 31 caligantesque fenestrae 936 *cf.* Stat. *Silv.* IV 1, 3 sole novo Sil. Ital. XII 518 auribus haeret; *sic etiam* Claud. *Pan. Prob. et Olyb. Cons.* 210; Verg. *Ae.* II 774 faucibus haesit 937 repetito ... Saule] Act. 9, 4 938 *cf.* Sil. Ital. XII 6 terrore quatit 939 *cf. infra* II 984 iure negatur; Claud. *In Eutr.* I 457 iure negasti 940 *cf.* Ov. *Fast.* I 320 quo feriente cadit 940–941 cuius ... surgo] Act. 9, 8 941 *cf. supra* II 798 meliore via; *sic etiam* Luc. *Phars.* IX 394 943 *cf.* Ov. *Met.* V 219 movimus arma; *sic etiam* Luc. *Phars.* VII 255; Sil. Ital. II 46

925 doctrinae deditus] ad pedes gamaliel *C* 932 aucta] maior facta *FIΘΠ* ב multiplicata *X* superata *T* expulsa *GS* 934 nocte] caecitate *C* 936 sole] christo *C* 939 vox pauli *T*

I: *PHRTCA* 926 *ad finem del. J* 930 suo] deo CH^*PZ^2 deo suo Π^*
II: *FI* 932 acta *EGK* (aucta K^{mg}) $L^*MOY^2Z\Lambda^*$ (a[.]cta Λ^3) $\Xi\Psi^2$ victa *I*
II: *GLKE* (aucta I^{vl}) $R^*UW\Omega_{vl}$ 936 usus sum *P* iussus sur *Y* ussus sum Z^*

Nil dubium pars illa docet quae teste beata
Fungitur hoste suo. Quid adhuc libet esse nocentes?
De tenebris lucete meis cui fontis ab undis
Est visum largita fides et mortis imago
Vivere coepit aquis.“ Heu! numquam saxea tellus
Seminibus fecunda suis, vacuique laboris
Qui sterilem patiuntur humum. „Post denique Iesus
Haec mihi visus ait: ‚Procul, hac procul urbe relicta
Pergere, Saule, para; non est tibi credula nostri
Nominis; ad gentes potius cane verba salutis.‘“
Protinus hanc vocem querulae rapuere phalanges;
Proiciunt vestes ac pulvere longius acto
Ventosa levitate fremunt, varioque fragore
Personat in Pauli rabidum discrimina vulgus.
O Iudaea nocens! Auctorem perdere vitae
Cum cuperes, sic dicta dabas; fuit optio linqui
Quem velles clamosa tibi, sed ab ore cruento
Triste petis malesuada nefas et gaudia Paschae
Electo latrone colis geminasque furorem

946 *v.* Act. 9, 17—18 947 Verg. *Ae.* II 369 mortis imago; *sic etiam* Ov. *Met.* X 726; *idem Trist.* I 11, 23 949 vacui] *cf. Dig. Lib. Pandect.* 19, 5, 24 950 *cf.* Claud. *Carm. min.* 26, 19 (Loeb.) sterilem . . . humum; Iustin. Mart. *Dialog.* 28 (*PG* LX 536b) *ἀνήροτον Χωρίον* 950—953 post . . . salutis] Act. 22, 21 951 *cf.* Verg. *Ae.* VI 258 procul o, procul; Ov. *Fast.* II 623 procul hinc, procul; *sic etiam* Stat. *Silv.* III 3, 13; Iuv. XIV 45 procul, a procul; *sic etiam* Ov. *Met.* XV 587 954—957 *v.* Act. 22, 22—23 960 *cf.* Verg. *Ae.* XII 8 ore cruento; *sic etiam* Sil. Ital. X 240; Tibull. I 5, 49 962 electo latrone] Ioh. 18, 40; *cf.* Sedul. *Pasch. Carm.* V 147 elegere Barabban

947 visum] acumen oculorum *C* 948 poeta *M* 949 fecunda] est ȝ vacui] iudei *Z* laboris] de labore *Z* 958 verba poetae *C* 960 quem] christum *C* ihū an baraban *X*

949 labores *EGHI*, **L*¹ (e *ex* i *ut vid.*), *MOR*¹ (e *ex* i *ut vid.*), I: *PHRTCA* *T*²*U*, *W ut vid.*, *ΔΛΞΨ*²*Ω* ȝ, *v. l. cr.* 952 paule *CR*^{vl}*XΔΠΩ* II: *I* 955 proiciunt] proscindunt *IK*²*WΩ* 957 rapidum *EHΔΘ***Ξ***Ψ***Ω* III: *GLKE* varium *Π*; *cf. supra* II 242 960 vellis *AR***T***YZ***Θ**

Saeva pio, placata reo. Certamine cuncto
Te spolias vacuamque locas cum durior ipsis
In Stephanum tormenta iacis, deponis amictum
Et nunc veste cares, primi quia poena parentis
Est cognata tibi veterisque in corpore portas
Transgressoris onus, contraria fontis honori
Ne renoveris aquis. Adam sub criminis ortu
Cognovit quod nudus erat, documentaque noxae
Hinc misero patuere suae; te mortis origo
Crebra subit, cui plena malis interserit ira
Bis habitum quem culpa creat. Iam bella tribunus
Vocibus his ardere videns fera vincula Paulo
Addidit et castris torquendum misit iniquis.
Nota querela locis ut sit superanda canemus:
Paulus gesta loquens socios ibi lumina dudum
Conspexisse suos, vocem tamen auribus illam
Non hausisse refert; at tunc, quo tempore caecus
Decidit, et vocem comites audisse leguntur.
Sic variat narantis opus. Sed utrumque necesse est

965 deponis amictum] Act. 7, 58; Iuv. I 142 deponis amictus 966 veste cares] Gen. 3, 7 973—975 iam ... bella] Act. 22, 24 974 *cf.* Ov. *Ex Pont.* I 2, 46 fera vincla; *sic etiam* Stat. *Theb.* V 571; Iuvenc. *Hist. Ev.* II 462 vinclisque feris 977—979 Paulus ... refert] Act. 22, 9 978—979 *cf.* Verg. *Ae.* IV 359 auribus hausi; *sic etiam* Ov. *Met.* XIII 787; *ibid.* XIV 309; Stat. *Theb.* X 771 auribus ... hausi 979—980 at ... leguntur] Act. 9, 7 981 *cf.* Verg. *Ae.* VI 737 penitusque necesse est

964 figura mystica *ORΘ* vacuam] auxilio christi *C* ipsis] tormentis *C* 966 allegorice *O* 967 cognata] propinqua *C* 972 cui] tibi ♃ interserit] intermittit *C* 973 bis] in morte Stephani, nunc in paulo ♃ 975 castris] in castris ♃ 976 locis] in suis ♃ ut] qualiter *IT* 977 explanatio questionis *R* explanatio questiones *O** 978 explanatio questiones *Θ** (-is Θ^2) 980 et] etiam *T*

I: *PHRTCA* 963 *ad finem del. X* 972 intorserit $H^*PR^2\Pi$ 979 ausisse
II: *I* *ACHIR*STWYZΔΘ*Φ** ♃ habuisse *DEL* audisse $C^{ss}L^{ss}O^{ss}R^2T$
III: *GLKE* $\Gamma\Pi^{ss}\Psi$ ♃^{ss} hau[s]isse G^2

Concinat haud dubium; nam tunc audisse feruntur,
Accepisse sonum, nunc non audisse profecto.
Haec rationis erit simplex via: Iure negatur
Vox quoniam confusa loqui, neque creditur illud
A sermone dari quod non in pectore condit
Accipiens; dubia tantum stimulatus ab aure
Ambiguusque fragor solas diverberat auras;
Sic audisse simul, sic non audisse leguntur;
Altera pars sonitus, certae est pars altera vocis,
Et fert atque refert geminam res una figuram.

De eo ubi sanctus Paulus in castris tortus et flagellis est caesus. Contra quem Iudaei quadraginta coniuraverunt ne comederent aut biberent priusquam occiderent Paulum euntem ad tribunum Lysiam. Quod cum prodidisset propinquus Pauli, nocte a tribuno missus est Caesaream ad Felicem praesidem, ubi causam dixit cum Iudaeis et oratore eorum et postea apud Festum successorem, a quo appellavit ad Caesarem; vinctum enim Felix servari fecerat successori.

Agmina supplicii ferventia corpore Pauli
Poenarumque graves evolvere versibus iras
Causa monet, sed lingua pavet. Fugiamus ab ista

986 *cf.* Verg. *Ae.* XII 950 sub pectore condit 988 *cf.* Verg. *Ae.* V 503 diverberat auras 989 sic ... simul] Act. 9, 4—7 sic non audisse] Act. 22, 9 990 certae ... vocis] Mart. XI 61, 7 voce certa; *ibid.* XIV 76, 1 certa ... voce; Val. Fl. II 455 [vox] certa sonat 991 *cf.* Verg. *Ae.* XII 866 fertque refertque; *sic etiam* Luc. *Phars.* II 13 992—994 agmina ... monet] Act. 21, 31; 21, 35—36; 22, 22—23; 23, 12—15; 23, 21; 23, 27

982 tunc] secundum lucam ℑ 983 audisse] vocem secundum paulum ℑ 985 confusa] est *C*

987 aspiciens *H*P* 988 aures *DIM*W*Y*ΞΨ* (auras Ψ^{vl} ℑ *vl*) I: *PHRTCA* aur*s Π^{2} 990 certa *CDHIPSUYZΓΔΘ*ΠΦΨ*Ψ*³ ℑ certe *EGL* II: *I* *MORT*²*WΞ*² cert [?] *Ξ**, *construenda cum voce* vocis 991 una] illa *R*Π* III: *GLKE*

Parte, dolor, veritique nefas tam triste premamus
Eloquium, ne forte legens sua fletibus ora
Compleat et largis humescat pagina guttis.
Nec tamen haec poterant animos satiare cruentos;
Ardet amor scelerum cupiuntque in sanguine Pauli
Sacrilegas versare manus. Quae dura malorum
Vota! Quater deni vesanae stirpis alumni
Imposuere sibi non ullum sumere potum
Primitus atque cibum quam parta caede daretur;
Hinc magis esse dapes. O pallida cordis imago!
Pocula sunt, Iudaea, tibi meliora cruoris
Quam laticis, nullasque volens contingere mensas
Esurĭs ad facinus saturamque cadavere iusti
Quaeris habere famem. Non haec ieiunia Moyses
Condidit exemplo tot consummata diebus,
Ut memoras, quot tela moves; totque inspicis annis
Secretas patuisse vias ubi divite nimbo

---

995 *cf.* Verg. *Ae.* IV 563 dolos dirumque nefas 996 *cf.* Mart. X 26, 5 fletibus ora 997 *cf.* Ov. *Trist.* IV 1, 96 umidaque est fletu littera facto meo 1000 *cf.* Sil. Ital. XIV 618 dura malorum 1001—1003 quater deni ... daretur] Act. 23, 13; 23, 21 1001 quater deni] *de figura cf.* Exod. 16, 35; Num. 14, 33; 32, 13; Deut. 2, 7; 8, 2; 29, 5; Iosh. 5, 6; 14, 7; Neh. 9, 21; Act. 23, 13; 23, 21; *cf.* Maxim. Taur. *Serm.* XV—XXVIII *De Quadragesima* I—XIV (*PL* LVII 561—590) 1005 *cf.* Verg. *Ge.* III 529 pocula sunt 1006 *cf.* Verg. *Ae.* VI 606 contingere mensas 1010—1012 tot ... cibi] Exod. 16, 14; 16, 35 1011 *cf.* Luc. *Phars.* IX 659 divite nimbo

---

1000—1001 vox admirativa *T* 1003 parta] parata *DG* praeparata *ΘΠ*ב² ג pperata *O* p̄parabat ב* (p̄parata ב²) 1006 laticis] aquae *CITΘΠ*ב *vel* baptismatis *C* baptismi *G* pocula aquae ג

I: *PHRTCA* 995 dolos *UΞ* 998 saturare *LMOΞ* sociare *AH** 1002 non
II: *I* nullum *AGR*T*YZ* 1003 parta] *om. I** facta *CH*^vl^ *K*²*PR*^vl^ *T*^mg^
II: *GLKE* *UWYZ*ΓΦΩ* parte *D*^mg^*L*M** parata *D*^ss^ paul'*Ξ* 1006 latices
*AEGK*LR*T*Θ*Λ** 1007 esurĭs, *v. l. cr.* 1010 memores *IP*I*²*W*
quod *ACR*T**

Fluxerunt de rore cibi rupisque vicissim
Arida fudit aquas, in quo meruere parentes
Divina bonitate frui donisque supernis
Enutrire animas. Numero crudelis ab ipso
Tu saevire venis pollutaque foedera iungis
Agminis, ut plures faciat mors una nocentes.
Comperit haec Lysias Pauli vulgante propinquo
Quove parent adversa loco; monet ocius ergo
Clam sua iussa tegi noctisque in tempore cautus
Obscurum praevenit opus lectisque maniplis
Imperat ut tuto Paulum comitentur honore.
Gloria de meritis a te, delator honeste,
Non aliena foret, quodque est ad praemia rarum,
Proditione places; nec te constantia laedit
Quam sceleri servare times; in crimine virtus
Crimen erit, cumque ad facinus sociantur iniqui,
Est ibi culpa fides, quam tunc in laudibus ornat
Verus honor cum causa pia est. Stipantibus armis
Caesaream mox Paulus adit, quo turba cucurrit
Rhetore fulta suo, qui praesidis aure potitus

1012—1013 rupes ... aquas] Num. 20, 11 1016 *cf.* Sil. Ital. XVII 86 polluti foederis Verg. *Ae.* IV 112 foedera iungi 1017—1029 agminis ... est] Act. 23, 16—24 1019 *cf.* Stat. *Ach.* I 737 quidve parent 1022 *cf.* Verg. *Ae.* XI 52 comitamur honore; *ibid.* XI 61 comitentur honorem 1023 delator] Act. 23, 16 1029—1032 stipantibus ... dedit] Act. 23, 31—24, 9 1029 *cf.* Luc. *Phars.* X 534 stipantibus armis; *sic etiam* Sil. Ital. I 47

1012 rupis] petre *T* petra *CIΠ*♮ 1013 quo] numero quadragenario *T* 1015 ipso] quadragenario *C* 1017 plures] totam multitudinem iudaeorum *C* 1023 poeta *MO* apostropham facit ad ipsum proditorem ♮ apostropham facit ad nepotem pauli *Π* 1028 quam] culpam *C* 1030 quo] ubi ♮

1012 rupes *DE*GI*K²MOR²T²UWΔΘ*ΛΠΦ²Ω* ⊐ ♮, *v. l. cr.* I: *PHRTCA* 1013 fundit *LΔ** fuit *R*T*Y* 1014 superbis *YZ** 1019 parant II: *I* *CHPT²YZΓΔΨ*♮ (parent ♮*vl*), *v. l. cr.* 1022 toto *AIT²UWYZ*Θ* III: *GLKE* 1026 sceleris *ADH*KR*YZ*ΘΦ* 1028 tibi *E¹R²YZΠΦΨ**

Irrita verba dedit. Contra sic denique Paulus
„Optime praeses“, ait „dudum te novimus omnes
Iustitiae documenta sequi comitemque modestam
Consiliis hanc esse tuis quae gratia suadet
Fidere nec dubium tali sub iudice fari.
Non Legis templique pium violavimus usum
Nec sermone vago populares movimus auras.
Urbibus ex Asiae venientes solvere dona
Coepimus ad purum semper spectantia votum.
Quis, rogo, liber erit si res facit ista nocentem?
Eloquor haud metuens — neque enim discrimina novit
Formidare fides — audent quam dicere sectam
Luminis esse viam nec discordare novellis
Iura vetusta patrum; fas est modo credere cunctos
Corpora de tumulis iam posse resurgere postquam
Detulit inde suum qui condidit omnia Christus.“
Obstupuit Felix amisso nomine, vincla
Quem faciunt aliena reum quorum obice Paulus
Stringitur et Festi servatur praesidis anno.
Linquimus hic, nimium ne gaudia nostra morentur —
Ad Latium iam, Paule, veni! — certamina crebro

1032 *cf.* Ov. *Rem. Am.* 678 irrita verba deis 1032—1047 contra ... Christus] Act. 24, 10—21 1038 *v.* Act. 24, 12; Claud. *Pan. Prob. et Olyb. Cons.* 31 vagis sermonibus aures; Boeth. *Cons. Phil.* II 7, 63 (Loeb.) ad populares auras 1041 *cf.* Iuv. VI 647 facit ira nocentes 1048—1050 *v.* Act. 24, 25—27 1048 Felix] *v.* Chrys. *In act. Ap.* Hom. LI 1 (*PG* LX 351) 1051—1054 linquimus ... doli] Act. 25, 1—7 1051 *cf.* Mart. VIII 21, 1 gaudia nostra moraris

---

1035 hanc] iustitiam *T* 1042 parenthesis *RT* 1043 quam] uiam ♭ sectam] heresim *CI* 1044 novellis] a *T* 1051 parenthesis *T* linquimus] de passione pauli *C*

I: *PHRTCA* 1038 aures *AC*^{vl}*D*, *E*^{2} *ut vid.*, *G*^{2} *ut vid.*, *IKLMOR*^{2}*S*UWΓΔ*
II: *I* *ΛΞΠΦΨΩ* ♭ aras *R*Θ* 1041 rogo] *om. I** ergo *Y* iam *ΛΞ*
III: *GLKE* 1042 eloquar *IR*^{2}*S*^{2} 1045 cunctis *AK*SΞ*^{2}*Ψ* cuntos *DT** (cuntis *T*^{2}; cunctos *T*^{mg}) 1051 hinc *DH*^{2}*I*^{2}*ΔΠΨ**

Quae fuerint agitata foro quantique legantur
Iudaici fluxisse doli; nam talia Paulus
„Caesaris ad solium vos provoco; Caesaris“ inquit,
„Appello Romanus opem“. Cui Festus: „Abibis,
Ut cupis, Augusti citius visure tribunal.“
Non stimulante metu fugiens discrimina Paulus
Iudicii vitavit onus; mens anxia semper
Pro vita meliore mori; sed muneris auctor
Praeconi testique suo iam dixerat olim
Quod Romam venturus erat. Clementia Iesu
Omnibus in terris fidei sitientibus haustum
Pocula dat de vase suo cunctosque rigari
Multifluo sermone iubet, meruitque venustas
Nominis occidui de lumine crescere verbi.

De eo ubi sanctus Paulus sub custodia militari ad Italiam navigans, ita ut etiam Syrtes incideret et navis instrumenta disrupta sint, quattuordecim diebus pertulit tempestatem, ut nec solem nec stellas viderent nec cibum sumerent; qui postea allocutus est desperantes quod ei a Domino nuntiante angelo sint concessi hortatusque est eos ut panem sicut ipse comebat acciperent, et sic ad Melitem insulam pervenerunt; ibi fracta navi omnes incolumes sunt eiecti.

1054—1057 *v.* Act. 25, 10—12 1058 *cf.* Luc. *Phars.* VI 423 stimulante metu; *sic etiam* Sedul. *Pasch. Carm.* V 301 1059 *cf.* Claud. *De Cons. Stil.* I 39 mens ardua semper 1060 *cf.* Ov. *Met.* VII 862 meliore mori

---

1053 quanti] linquimus *C* 1057 poeta *O* 1058 poeta *M* figura mystica *O Θ* 1059 parenthesis *T* figura mystica *Λ* poeta *Λ* semper] erat *C* 1064 vase] paulo *C* 1066 occidui] Romani ȝ

1057 cupis, *v. l. cr.* 1059 iudicia *R** vitabat *H*Λ* vitabis *A* 1062 quod ... erat, *v. l. cr.* 1065 vetustas *DUΨ** opus PZ^2 (honus *ut vid.* *T*Z**)

I: *PHRTCA*
II: *I*
III: *GLKE*

Solverat Eoo classem de litore vector
Austri nactus opem, cuius spiramine laeta
Crebrescente via velique patentibus alis
Aequora findebat puppis. Sed mite quid umquam
Ventorum tenuere doli? Mox flatibus Euri
Rupta quies pelagi, tumidisque incanduit undis
Caerulei pax ficta maris; furit undique pontus
Attollensque suas irato gurgite moles
Denegat abreptae vestigia certa carinae,
Quae suspensa polis deiectaque iungitur arvis
Terrarum caelique sequax. Caret artis amicae
Praesidiis manus apta rati, gelidoque pavore
Deponunt animos nigroque sub aere caeci
Naufragium iam iamque vident, clausoque profundo
Mortis imago patet. Vastas percurrere syrtes
Historica ratione vocor lacerosque rudentes

1067 *cf.* Verg. *Ae.* XI 4 solvebat Eoo 1068 *v.* Act. 27, 13 1069 *cf.* Verg. *Ae.* III 520 velorum pandimus alas; Bed. *Vit. S. Cuth.* 6, 12 (*PL* XCIV 579b) velique patentibus alis 1071 *v.* Act. 27, 14 *cf.* Verg. *Ge.* II 339 flatibus Euri 1072 *cf.* Val. Fl. III 46 rupta quies; Luc. *Phars.* I 239 rupta quies populi; *ibid.* V 442 quies pelagi Catull. 64, 13 incanduit unda 1073 *ef.* Luc. *Phars.* V 570 ferit undique pontus; Stat. *Theb.* VI 625 furit undique clamor; Bed. *Vit. S. Cuth.* 6, 14 (*PL* XCIV 579b) furit undique pontus 1074 *cf.* Verg. *Ae.* I 134 tollere moles; *ibid.* II 497 gurgite moles 1075 *cf.* Bed. *Vit. S. Cuth.* 6, 15 (*PL* XCIV 579b) tardans abreptae vestigia coepta carinae 1076 *cf.* Verg. *Ae.* I 106—107 hi summo in fluctu pendent; his unda dehiscens / terram inter fluctus aperit 1078 *cf.* Stat. *Theb.* III 306 manus apta 1079 *v.* Act. 27, 20 Verg. *Ae.* V 751 deponunt, animos Iuv. X 50 nigroque sub aere caeci 1081 *cf.* Verg. *Ae.* II 369 mortis imago *ibid.* I 146 vastas ... syrtes 1082 *cf.* Luc. *Phars.* V 594 laceros ... rudentes

---

1068 metaphora *I* 1074 metaphoricos *A* 1076 hyperbolicos *OA*

I: *PHRTCA* 1070 mite] mitte *C*H*L*YΦ** mite quid umquam] mobile
II: *I* marmor K^2 (*in ras.*), *Π* 1078 rati] radii *Y* regi *P*, (*in ras.*) Z^2
III: *GLKE* 1079 aere] aggere *U*, $Ω^2$ (aggere caeci *in ras.*) *post* 1079 *versus* 1134—1151 *G* 1080 clauso] clausa *AI*R*T*W*

Et clavi fragmenta sequi, sed non ego linguam
Tam fragilem committo vadis rapidasque procellas
Aufugiam temptare diu, ne forte canenti
Obruat exiguam violentior unda loquelam.
Tangere pauca rĕfert; tutas conabor arenas:
Praevia fluctivagae latuerunt sidera puppi,
Nec solis radiis sub nubibus emicat axis,
Cumque dies multos iam rite peregerit orbis,
In pelago nox una fuit, quo tempore nullis
Indulsere cibis. Quanta est, heu, poena timoris
Supplicium nescire famis! Dat semina causis
Res mala saepe bonis. Tam clari nautica pubes
Militiaeque cohors hominis tempsisset honorem
Prosperiore freto; cuius custodia tandem
Solvitur, et saevo venerantur ab aequore vecti
Quem portum sensere suum. Gerit illa ruina
Ne lateat quod Paulus erat sanctusque patescat

1086 *cf.* Prud. *Cont. Symm.* II praef. 44—66; *ibid.* 63—64 facundi oris ut impetus / non me fluctibus obruat 1087 *cf.* Sedul. *Pasch. Carm.* I 276 plura referre pudet; Prud. *Apoth.* 1 pauca loquar 1089 *v.* Act. 27, 20 Sil. Ital. XII 637 emicat axe 1090 *cf.* Luc. *Phars.* I 285 subegerit orbem; Iuv. V 21 peregerit orbem 1091 *cf.* Luc. *Phars.* V 627 nox illa fuit; *ibid.* VI 693 nox una fuit 1091—1092 quo . . . cibis] Act. 27, 33 1092 *cf.* Luc. *Phars.* VII 644 poena timoris 1093—1094 dat semina causis | res mala saepe bonis] Chrys. *In act. Ap.* Hom. XXVII 2 (*PG* LX 206) 1094 *cf.* Sil. Ital. VI 351 nautica pubes; *sic etiam* Auson. *Mosell.* 228; *ibid.* 238 1097 et . . . vecti] Act. 27, 43; *ibid.* 27, 44 ferebant

1087 refert] libet *I* placet *CTΠ⊐* prodest *Θ* prodest *ń ǯ* prodest meli ÷ *O* 1093 nescire] oblivisci *C* 1097 vecti] liberati *C* 1098 portum] liberatorem *C* 1099 erat] extitit *C* patescat] ut *C*

1084 rabidas *CDGKLORΘΛΠ* rabpidas *Φ**; *cf.* II 242; 776 1087 rĕfert] refers *R** libet *CI^{as}Π⊐** ferens *H* ut vid., SU, Ω*^{2} (*in ras.*); *v. l. cr.* 1088 celarunt *GM, ut vid. K** 1080—1133 *post* 1151 *G* 1090 urbis *R*T** 1091 nullus *R*YΘ*Φ** 1097 victi *ADEGLK*MOR*ST*T^{mg}Z^{2}ΛΞΩ* victo *Θ**; *cf. Font. a. h. l.*

I: *PHRTCA*
II: *I*
III: *GLKE*

Assertore mari; raptis elementa laborant
Luminibus monstrare virum, mediisque tenebris
Apparet radiata fides; fit laurea iustis
Ex pretio quod terror agit, mansuraque virtus
Crescit in adversis, quae testibus usa periclis
Ad meritum discrimen habet. Stans denique Paulus
Conclamata piis animat sic pectora verbis:
„O utinam nostris voluisses, fida iuventus,
Consiliis parere prius ne litora Cretae
Linquerĕs insani rabiem passura profundi!
Non pelagi caelique minas, non triste tulisses
Iacturae populantis onus, nec turbine tanto
Desperata salus gemeret confinia mortis.
Quae tamen humanum transcendunt gaudia votum,
Haec facile est praestare Deo, cui muneris usus
Hic potior quem nemo putat; nam missus ab astris
Angelus hoc placido veniens denuntiat ore:

1100—1101 *cf.* Mart. IV 30, 10 raptis luminibus; Luc. *Phars.* III 713 lumine rapto 1104 *cf.* Luc. *Phars.* III 614 crevit in adversis; Stat. *Theb.* VI 683 crescit in adversum 1105—1112 *v.* Act. 27, 10; 27, 21 1107—1109 *cit. a* Bed. *De Art. Met.* (Keil. *Gramm. Lat.* VII 232, 23—233, 2) o utinam ... profundi 1110 *cf.* Verg. *Ae.* VI 113 pelagique minas caelique; *ibid.* X 695 minas ... caelique marisque; Sil. Ital. XII 157 pelagique minas terraeque; Ov. *Fast.* IV 700 minas frigoris 1111 *cf.* Iuv. XIII 8 iacturae ... onus 1114 *cf.* Luc. *Phars.* V 42 praestate deis 1115—1123 nam ... casum] Act. 27, 22—26 1116 *cf.* Verg. *Ae.* VII 194 placido ... ore; *sic etiam ibid.* XI 251; Ov. *Met.* VIII 703

1108 parere prius] quia prius ammonuit eos ut in creta insula hiemarent *C* 1115 hic] usus *C* potior] melior est ♮ quem] usum *C*

I: *PHRTCA* 1100 raptis] raptisque *CEGKLMOPSZ²ΛΞ, v. l. cr.* 1107 *om.*
II: *I* *AR*T** 1108 nec *ADEHKLRT*Z², Δ² ut vid., ΞΩ* ne litora]
III: *GLKE* nolitora *Y* 1109 liqueris *CEGH, L* ut vid., M* OUΞΛ* linqueris *APR*R²T*YZ** linqueret *DΔ², v. l. cr.* 1113 gaudia] grandia *AEL*ST²WYZ*Φ* gradia *T** gaudia *T^vl* omnia *U* 1116 haec *AE** (o *in ras. ut vid. E²*), *cf.* hoc II 905

‚Quam turbam vehit ista ratis tibi rector Olympi
Contulit, ut nullis figatur naufraga saxis.‘
Credite, vera forent nec spe frustrabor inani
Qui merui promissa Dei, concessaque nobis
Insula portus erit, cuius statione licebit
Arrepta tellure frui navisque solutae
Prospectare gravem nullo discrimine casum.“
His dictis ruit ira maris, sublataque dudum
Lux revocata micat, velamine noctis aperto
Pandere visa solum quod praebuit hospita nautis
Sīcanio lateri remis vicina Melīte.
Ante tamen rabidos quam vincant aequoris aestus,
„Solvite“ proclamat Paulus „ieiunia fessi
Et quarto decimo, sicut nos vescimur“ inquit
„Iam panem gustate die“. Memoranda figurae
Sacramenta piae valeant qua lege probemus:
Tempore quo primi fulserunt lumina mensis
Hoc numero currente die de carnibus agni

1117 *cf.* Verg. *Ae.* II 779 regnator Olympi 1119 vera forent] Act. 27, 25 sic erit Val. Fl. IV [578] nec spe dubios solabor inani 1121 *cf.* Luc. *Phars.* IX 948 cuius statione 1122 *cf.* Verg. *Ae.* X 298 arrepta tellure 1123 *cf.* Verg. *Ae.* I 574 nullo discrimine; *sic etiam* Luc. *Phars.* IV 218; Claud. *De Rapt. Pros.* III 411 nullo ... discrimine 1124 *cf.* Ov. *Met.* I 330 maris ira; Val. Fl. I 37 ira maris 1125—1127 velamine ... Melite] Act. 28, 1—2 1128 *cf.* Verg. *Ae.* III 397 aequoris aestu 1129—1131 *v.* Act. 27, 33—36 1130 quarto decimo [quatuordecim] *de figura cf.* Gen. 31, 41; II Cor. 12, 2; Gal. 2, 1 anni; Act. 27, 27 nox; Matth. 1, 17 generationes 1133 primi ... mensis] Exod. 12, 2 1134 hoc numero] Exod. 12, 6 agni] Exod. 12, 3

1118 nullis] in ℑ figatur] mergatur *CIΠ* 1119 forent] sunt *T* pro sunt *C*ℑ erunt *O*ℑ 1120 merui] consecutus sum *C* 1124 his dictis] a paulo *C* 1126 solum] terram *C* 1134 figura mystica *O* hoc numero] quadragenario *C*

1118 nullus *G*H*P*S*YZ*Π**ℑ*, *cf. Argumentum supra*: omnes I: *PHRTCA* 1119 forent, *v. l. cr.* 1128 rapidos *EΔΞΠΩ* rabidi L^{vl} 1134 de] II: *I* *om. Y* cum Φ 1134—1151 *post* 1079 *G* III: *GLKE*

Turba iubetur ali, quarum munimine tacto
Libera Niliacas meruit vitare tenebras;
Hinc spatio simili Paulus de gurgite mundi
Quos auferre cupit secum convivere suadet
Et sacrum libare cibum, vestigia Moysi
Observata legens; quorum speculantibus actum
Haec duo sunt diversa locis sed proxima causis,
Et repetita salus uno de fonte levatur:
Agnus Christus inest, panis quoque Christus habetur
De caelo, quod et ipse docet; qui corpore Iesum
Sumpserit hoste caret, nec iam sua iura Pharāo
Aegyptusque tenet; mox omnia daemonis arma
His merguntur aquis, quibus ille renascitur infans
Qui captivus erat; salsae quoque fluctus abyssi
Linquitur, et tetri superantur stagna draconis,
Ereptoque gregi largitur pascua Christus,
Nominibus propriis, pastor iam verus edenti.
Hinc etiam Eccl̆esiae gerit aurea luna figuram

1136 vitare tenebras] Exod. 12, 12—13 1137 spatio simili] Act. 27, 27 quartadecima nox Luc. *Phars.* VIII 290 gurgite mundum 1139—1140 *cf.* Verg. *Ae.* IX 392—393 vestigia retro observata legit; *ibid.* II 753—754 vestigia retro observata 1141 *cf.* Verg. *Ge.* IV 367 diversa locis; *sic etiam* Ov. *Met.* I 173 1143 agnus] Ioh. 1, 29 1144 quod ... docet] Ioh. 6, 35 1144—1145 qui ... caret] II Pet. 1, 4 1147 renascitur] Ioh. 3, 3; 3, 5; 3, 7 1151 pastor] Ioh. 10, 14

1137 hinc] ex hoc facto ȝ in isto loco *G* 1140 observata] quondam a filiis israel *I* quorum] moysi et pauli *I* actum] opus *C* 1142 uno de fonte] quia uterque mare transierunt ȝ 1147 ille] unus quisque *C* 1151 propriis] nominatim *Ψ* edenti] comedendi corpus christi *T* (nt T^2) gregi *CΠ* corpus christi *I* caelestibus iam utenti *Θ*

I: *PHRTCA* 1137 hinc] hoc *E*K*LM*OUΛΩ* hic $AE^1GH^{vl}M^2R^*TYZ$
II: *I* *ΔΘ*Ξ* 1138 efferre *IWΠ* 1142 lavatur $AI^*L^*R^*ST^{mg}$
III: *GLKE* 1148 salsi *ADH*LPR*TWYZΦ* salse $EGR^2\Theta^2$ sale *V* falsi *IS* Θ*Ψ** false $\Delta\Psi^2$ ȝ; *cf.* I 173; 914 1151 edendi *DEG** (t *supra scr.* G^2) *K*LMO* (ti O^{vl}) *R*T*ΦΩ* utenti *CV* 1152 *post* 1133 *G*

Quae quarto decimo de primo lampadis ortu
Conspicitur iam plena die, quia corpore Iesu
Crevit in orbe suo lucem factura perennem.

De eo ubi sanctus Paulus in Melite insula, dum foco sarmenta congregaret, manum eius vipera tenuit; quem cum barbari dicerent homicidam et crederent moriturum, ille viperam iactavit in focum; quem ita incolumem sunt mirati ut quem superveniente tumore arbitrati fuerant interire, Deum appellarent.

Pelleret ut Paulus crescentia frigora nimbis,
Contulerat sarmenta focis; cui vipera fixit
Daemonis arma ferens surgentibus obvia flammis
Antiqua feritate manum gelidique veneni
Vulnus in igne dedit. Quid adhuc, male noxia serpens,
A Domino revocare cupis veteresque rapinas
In legis novitate paras? Quid, mortis amatrix
Cuius es ipsa parens, instauras bella redemptis?
Praedo venis sed praeda iaces letumque ministrans
Arboris alternis consumeris, improba, ramis,
Postque crucem Christi mors est tibi portio ligni.

1153 quarto decimo] Exod. 12, 6 1156—1205 *v.* Act. 28, 2—6 1159 *cf.* Val. Fl. VI 85 gelidis . . . venenis; Claud. *Carm. min.* 49, 5 (Loeb.) gelido . . . veneno 1160 serpens] *de figura cf.* Iustin. Mart. *Dialog.* 94 (*PG* VI 700b) ὄφιν . . . ἐπὶ σημεῖον ἔστησε; Iuvenc. *Hist. Ev.* II 217—219 ut serpens . . . sublatus honore est, / sic hominis natum tolli in sublime necesse est 1161 veteres rapinas] Gen. 3, 1—5 1162 *cf.* Luc. *Phars.* VIII 364 mortis amator; *sic etiam* Sedul. *Pasch. Carm.* IV 93 1163 *cf.* Claud. *Carm. min.* 8, 4 (Loeb.) ipsa parens 1164 *cf.* Mart. VII 27, 4 praeda iacet; Luc. *Phars.* X 21 praedo, iacet 1165 alternis ramis] Gen. 3, 1; Act. 5, 30

1155 crevit] ecclesia *C* 1157 cui] paulo *I* 1159 antiqua feritate] quia primum hominem deceperat *Π* 1160 dedit] paulus *I* 1161 revocare] nos ♮ 1162 novitate] praedicationis evangelii ♮

1153 primae $CI^{vl}L^{2}O^{ss}PR^{2}UVYZ\Pi\Phi\Psi\Omega$, *cf.* salsae II 1148 I: *PHRTCA* II: *I* III: *GLKE*

Haud procul hinc aberant agrestia corda gerentes,
Barbarica de gente sati, qui murmure diro
Insonuere simul: „Satis est ex crimine fusi
Sanguinis iste reus, nullis iam tutus in oris,
Cui pelagus tellusque furent.“ Mortalia tractant
Et divina probant. Digito nam bestia pendens
Excutitur proiecta rogis; bene reddita flammae
Quam dedit ipsa prius, quae culpae protulit ignem
Unde gehenna calet; glacies tepefacta veneni
Solvitur in cineres, gelidaeque superbia pestis
Ex ardore perit; focus hic rapidique vapores
Non solitas vires capiunt atque arida secum
Nutrimenta ferunt. Sed tu modo decoquis anguem
Usa tuo fervore, fides; tibi subditur hostis
Frigidus inque vicem faciens incendia flagrat
Vipereo fumante gelu. Veniente tumore
Labi posse ferunt. Quantum per inania currit
Mens ignara boni! Iam tunc de corpore Pauli

1167 *cf.* Mart. X 103, 12 aspera ... geritis corda 1168 murmure diro] Act. 28, 4 1170 *cf.* Verg. *Ae.* VIII 323 tutus in oris 1171 *cf.* Verg. *Ae.* I 462 mortalia tangunt 1173 *cf.* Claud. *De Bell. Gild.* I 126 reddite flammis 1174 culpae] Gen. 3, 1 1175—1182 glacies ... gelu] Act. 28, 3—6 1178 *cf.* Stat. *Theb.* XI 97 non solitas acies Ov. *Fast.* III 144 vires ... capit 1178—1179 *cf.* Verg. *Ae.* I 175—176 atque arida circum / nutrimenta dedit

---

1170 iste] paulus *C* homo *I* 1171 cui] pauli Π mortalia] homines *C* 1172 digito] in Π 1173 reddita] est T^2 1174 culpae] peccati Π 1177 hic] ex serpente *C*, Θ [hinc], Π ex vapore vipere *I* 1179 tu] fides pauli Π 1181 flagrat] illa vipera Π 1183 vox poetae *C* labi] cadere *C* ferunt] illi barbari Π

I: *PHRTCA* 1168 sati] nati *S* sequi *V* 1170 nullis] nullus PR^*T^*, *cf. supra*
II: *I* II 1118 nullis 1171 furunt $R^2\Pi^2\Psi^2$ furint Δ^* furi*nt Δ^2 furit Φ
III: *LKE* *ut vid.* 1173 rogis] focis Ψ roris *V* 1177—1178 vapores ... atque *om.* AR^*T^* 1177 hinc $DH^2IR^2U^2VW\Delta\Pi\Psi^2$ rabidi *ACEKM* $OP^2S\Delta^2$, *cf. supra* II 242 1183 furent *V*

Virus abest oculis cum squameus exiit horror
Quem serpens antiqua dabat; purgatus in amne
Aethereo Christique cruci sua membra relegans
Nescit ab angue mori; vorat haec quae flamma venenum
A sacris vim sumpsit aquis, quibus ustus anhelat
Qui dolet ad patriam veteres remeare colonos.
Incolumem sic stare diu mirata iuventus
Hunc ait esse deum; tandem, rudis incola, disce
Qua regnet virtute polis qui talia confert,
Ut famulos hoc esse putes. Nunc causa figurae
Plenius in clari cernenda est munere facti:
Anguis, origo necis — nam mors hinc edita nomen
De morsu peccantis habet — contraria iustis
Vult retinere manum, quoniam manus apta ministrans
Iure vocatur opus; talem qui senserit hostem
Impiger excutiat Dominique vaporibus urat.
Paulus, ut admoti cognovit furta pericli

1188 nescit ab angue mori] Act. 28, 3—6; Prud. *Cont. Symm.* I praef. 51 (*PL* LX) morsum vulnificum lex pia pertulit; *idem Cont. Symm.* I 20—21 animam letali peste piatam / nosset ab interno tutam servare veneno 1190 *cf.* Verg. *Ec.* IX 4 veteres migrate coloni; Ov. *Met.* VI 318 veteres sprevere coloni 1192 *v.* Act. 28, 4 Luc. *Phars.* IV 592 rudis incola 1196 anguis] *de figura cf.* Iustin. Mart. *Dialog.* 94 (*PG* VI 700b) *μυστήριον . . . τοῦ ὄφεως*

1185 oculis] ab *C* 1186 dabat] in paradiso *I* 1187 relegans] separans *ΘΠ* sequestrans *ΘΠ* consignans *O* p̄stringens *O* separans membra a terrenis delectationibus *C* relegare dicimus separare removere *I* 1188 flamma] fidei *C* 1189 ustus] diabolus *Π* 1192 hunc] paulum *C* 1193 polis] in *C* 1194 hoc] deum *C* causa figurae] spiritalis intelligentia *C* 1195 figura mystica *O* 1196 figura mystica *RΘ* anguis] est *C* 1197 morsu] gustamine *C* peccantis] adae *C* 1198 vult] anguis *C* manum] bonam operationem *C*

1185 verus *AR*T** 1187 crucis *R*T** cruce *YZ** religans *H*L*PSYZ* relocans *AR*T** refocans *EM*OΛΞ* revocans *M²* legans *I** 1188 hoc *DEK*LMOPSΛ* 1189 a *om. CV* vim] vim quae *CV* vi**m *T** sumpsit] sumit *CHPVΩ* sumsit *H^vl* 1193 confert] co[n]fert *H²* confret *T** profert *A* 1201 amoti *H* UΛ* furta] facta *DEK*LMOR*S²ΘΛ* fuituta *YZ** fuita *Ξ* ut vid., Z²*

I: *PHRTCA*
II: *I*
III: *LKE*

Serpere velle sibi, caelestia tela capessens
Pressit in igne dolos, cuius de fomite crescens
Est accensa fides, est sensibus additus ardor,
Hicque calor populis processit ab ubere fontis.

De eo ubi sanctus Paulus tribus mensibus in Melite insula hiemans, postquam patrem Publii priorem regionis eiusdem desperatum vel ceteros sanavit aegrotos, flante Austro navigans et diversa loca maris terraeque praeteriens Romam usque pervenit.

Mensibus hibernis tribus in regione Melīte
Multiplicem dat Paulus opem Publiique parentem
Finitima de clade levat, quo munere viso
Undique praecipites subitam rapuere salutem.
Pullulat interea nitidi coma frondea veris,
Quo iuvenescit humus senio fugiente pruinae,
Suscipiensque ratem velis cedentibus auster
Praebuit aligeras placidis in fluctibus undas.
Hunc spirare decet quem personat ore propheta,
Qui speciem fidei torrentem cantat in austro.
Sic quoque substratis ad gaudia nostra procellis

1202 *cf.* Verg. *Ae.* XII 167 caelestibus armis; Ov. *Fast.* III 259–260 caelestia . . . /arma; Stat. *Theb.* IX 729–730 caelestibus . . . /. . . telis 1206–1209 *v.* Act. 28, 7–11 1212–1215 *v.* Act. 28, 13 1212 *cf.* Luc. *Phars.* III 1 velis cedentibus 1215 *v.* Ezech. 17, 10 1216–1218 *v.* Act. 28, 12–16

1205 hic] ex hoc facto $CI\Pi$ populis] miletensibus $C\Psi$ 1212 cedentibus] consentibus 1214 allegoria *O* hunc] ventum *C* propheta] david *C*; *sed cf.* Ezech. 17, 10 1215 torrentem] velocem *C* 1216 substratis] suppositis $C\Theta\Pi$ mitigatis *O*

I: *PHRTCA* 1202 capescens $I\Xi\Pi\Psi^*\Omega$ 1204 est sensibus] et sensibus *CP*
II: *I* $SV\Delta\Pi\Phi\Psi\Omega$ et sensus *A* 1205 hicque] hincque $CI^2K^2M^{vl}RS^2V$
III: *LKE* $\Delta\Pi\Phi\Psi$ hisque E^2 (hicque E^3) $LZ^2\Omega$ isque $ADE^*H^{vl}OT$ (hicque T^{mg}) $U\Theta\Delta\Xi$ usque *M* (hincque M^{vl}) : hinque K^*; hincque *et* isque *apud Aratorem non reperta sunt* 1216 substratis] subtratis T^* subtractis Ψ^* prostratis $CHP\Xi\Omega$ (substratis ^{vl})

Plurima quaeque legens distinctis oppida vicis
Venit ad excelsae sublimia culmina Romae.
Altius ordo petit duo lumina dicere mundi
Convenisse simul tantisque e partibus unum
Delegisse locum, per quem sua sidera iungant
Omnia qui fidei virtutibus arva serenant.
Quae licet innumeris tendatur causa figuris,
Pauca referre volens isdem praestantibus edam:
Petrus in Ecclĕsiae surrexit corpore princeps;
Haec turrita caput mundi circumtulit oris;
Conveniunt maiora sibi, speculentur ut omnes
Terrarum dominae fundata cacumina sedes.
Gentibus electus Paulus sine fine magister
Aequius huic praesens oris diffundit habenas
Quae gentes praelata monet; quodque intonat istic
Urbis cogit honor, subiectus ut audiat orbis.

1219—1220 duo lumina ... mundi convenisse simul] Prud. *Peristeph.* II 469—470 te Paulus hinc exterminat/ te sanguis exturbat Petri 1219 *cf.* Verg. *Ge.* I 5—6 mundi/ lumina; Aldhelm. *Carm. Eccles.* I 3 (*MGH* Auct. ant. XV 11) Petrus et Paulus ... lumina mundi 1225 *v.* Ioh. 21, 15—17 1229 *v.* Act. 13, 46—47 1230 *cf.* Verg. *Ae.* V 818 effundit habenas; *sic etiam ibid.* XII 498; Iuv. XII 499; Claud. *In Rufin.* II 211 confundat habenas

---

1218 venit] paulus *C* 1219 ordo] ratio *C* duo lumina] petrum et paulum *C* 1220 tantis] tam longinquis *C* 1221 sua sidera] suum splendorem, tantorum luminum splendorem *A* 1222 qui] petrus et paulus *A* 1224 isdem] apostolis *C* 1225 figura mystica Θ 1226 haec] Roma *C* 1227 maiora] petrus et paulus et roma Π omnes] gentes Θ sedes] 1228 sedes] loca episcoporum *C* 1229 electus] a domino *C* 1230 aequius] quam aliis civitatibus Ψ huic] roma *I* 1231 quae] roma *C* quodque] quicquid Π intonat] paulus Π

1218 Romae] dicere mundi *R** 1227 speculetur *AK*RS*T** I: *PHRTCA* *YZ*Θ** speculantur Π* omnes] omnis Θ* oms *R* os Ξ oms *ADEI* II: *I* *LMOPUVWYΨ* 1228 domino $DH^2RUYZ^*\Delta\Theta\Pi\Phi\Psi$ domini III: *LKE* $AH^{vl}IT^2W$ cacumina] cacumine *AK*RT*Θ** sedis *DEH*, *L deperdit.*, $MOPU^2\Xi\Phi\Omega$ 1230 aequus *CIYZ** 1231 insonat *CV*

Dignaque materies Petri Paulique coronae
Caesareas superare minas et in arce tyranni
Pandere iura poli summumque in agone tribunal
Vincere, ne titulos parvus contingeret hostis.
Aegyptus mundi formam gerit: Inde vocari
Quae meruit ducibus plebs est commissa duobus
In quibus officium fraternus nexuit ortus.
Idŏla tot Romae, mundo collecta subacto
Quae fuerant, tenebris obnoxia corda premebant;
Liber et hic populus, quem vinxerat ante Pharāo,
Exuit Aegypti totidem ductoribus umbras
Perque lavacra Dei, quae tunc maris egit imago,
Vitae nactus iter caelestem repperit escam.
His etiam germanus amor, quibus amplius actus

1234 *cf.* Iuv. X 307 in arce tyrannus; Claud. *In Eutr.* II praef. 21 arce tyrannus 1235 *cf.* Claud. *Carm. min.* 51, 5 (Loeb.) iura poli 1238 duobus] Exod. 5, 1 1243 totidem [duo] *de figura cf. supra* I 221 1244 quae . . . imago *v.* I Cor. 10, 1—4; *cf.* Verg. *Ae.* VIII 671 maris ibat imago

---

1233 allegoricos *O* digna] est *ϑ* 1234 tyranni] neronis *Π* 1235 summum] haec est causa *I* 1236 titulos] memoria *C* memorias *I* memorias parvas *ΘΠϑ* memoriis *O* laudibus *O* parvus] exiguos *C* vilis *O* 1237 figura mystica *RO* 1240—1243 allegorice dicit comparans populum romanum populo iudaico *I* 1241 obnoxia] rea *C* 1242 pharao] diabolus *C* 1243 totidem] duobus *C* ductoribus] ducatu . . . moysi et aaron *C* 1246 his] petro et paulo *C* amor] fuit *ITΠ* actus] operatio *Π*

I: *PHRTCA*
II: *I*
III: *LKE*

1236 titulus *CVYZ*Ω* titulis *AEH*KLMOPR*ST*Z²Θ*ΛΞ*; *dativo cum* contingere *Arator non utitur* parvos *CVΛΠ* (parvuus Π^{mg}) parvis *AS** contigeret *Z** contingerit *R*T** contigerit *A* 1242 vixerat *PR*T*Yϑ** 1243 doctoribus *PSVΘ** 1245 natus *L*Y* nanctus *AZ²* 1246 actor *AH** auctor *C* (actus C^{vl}) H^{2} Liber II, explicit: aratoris subdiaconi sanctae ecclesiae historiae apostolicae explicit liber II *YZ* (romane Z^{2}) deo gratias amen *P* explicit aratoris liber secundus *I* explicit liber secundus aratoris subdiaconi sanctae aeclesiae romanae historiae apostolicae *H* finit liber secundus aratoris subdiaconi sanctae aecclesiae romanae historiae deo gratias *C*, *V* (historiae apostolicae liber secundus *V*) explicit liber

Quam natura dedit, geminos quos edidit astris
Non eadem tamen una dies, annique voluto
Tempore sacravit repetitam passio lucem,
Et tenet aeternam socialis gratia palmam.

1248—1249 *cf.* Prud. *Peristeph.* XII 3—4 festus apostolici nobis redit hic dies triumphi / Pauli atque Petri nobilis cruore

1249 repetitam] reducem ȝ passio] pauli ȝ

secundus aratoris subdiaconi *R* explicit historiae apostolicae liber I: *PHRTCA*
secundus aratoris subdiaconi Θ aratoris subdiaconi sanctae ecclesiae II: *I*
romanae explicit historiae apostolicae liber secundus *EKT* explicit III: *LKE*
arator immensus versificator *L* (*a manu recentiore*) explicit liber aratori subdiacono *A* explicit liber aratoris in actus apostolorum *S* explicit liber subdiaconi aratoris Ψ aratoris subdiaconi sanctae aeclesiae romanae explicit secundus istoriae apostolicae Ω explicit liber aratoris Π (*a manu altera*) historiae apostolicae aratoris subdiaconi finit liber secundus Δ finis adest libri laudentur dicta magistri; explicit liber aratoris subdiaconi; finit arator in hoc consurgit denique; pastus ȝ finit liber secundus historiae apostolicae aratoris subdiaconi sanctae romanae ecclesiae Φ deo gratias Λ explicit liber aratoris *D* Ξ *omiserunt M O U, J* (*def.*)

ARATORIS

EPISTOLA AD PARTHENIUM

Domino illustri, magnificentissimo atque praecelso Parthenio magistro officiorum atque patricio, Arator subdiaconus.

Si tibi, magne, velim fasces memorare parentum,
  Vix daret in tergo pagina lecta modum.
A proavis atavisque potens, tu stemmata vincis
  Moribus, et meritis cedit origo tuis,
Optime Parthēni, positum cui nomen ab aevo
  Laus magis est animi, quo, verĕcunde, places.
Nuntia venturum signavit lingua pudorem,
  Utque decus geminis quod vocitaris adest.
Cingula plura geris, sed quae tu grandia reddis,
  Nam tibi quisque datur, mox sibi crescit honor.
Quis bona tanta canat? Breviter loquor; omnia tecum
  Quae faciunt magnos singula solus habes.
Tu, facunde, sonas Rhodani Rhenique catervis;
  Regia dulcisonum te probat aula virum.
Te multis opulenta quidem Germania doctum
  Suspicit, et patrio gaudet amore tibi,
Gloria de tanto cui maxima fulget alumno,
  Qualem Romuleo dat toga densa foro.
Vidi ego te, vidi iuvenem sermone diserto

---

2 *cf.* Iuv. I 6 in tergo 3 *cf.* Verg. *Ae.* VII 56 avis atavisque potens 10 *cf.* Ov. *Ex Pont.* IV 12, 40 crevit honor

---

R Θ 5 Parthēni, *v. l. cr.* 6 verĕcunde 9 reddes *R*

Hesperios proceres aequiparare senes,
Quo directus eras legati munere functus,
Ut libertatis poscerĕs actor opem.
Mulsisti Geticas verbis felicibus aures,
Iuveruntque tuum publica vota solum.
Nil auditor ovans potuit rex ille negare,
Cuius in arbitrio tunc ea causa fuit.
Haec ubi fama volans celeri dispergere cursu
Coepit et assidua sustulit aure caput,
Exiit in populos solidae pinguedo loquelae,
Stipabatque tuos anxia turba gradus.
Ut, quotiens motis aperires flumina labris,
Curreret aestivam ceu positura sitim,
Has ego divitias avidus contingere linguae,
Qua velut unda Tagi, tu pretiose, fluis,
His quoniam Laribus tenĕbamur in urbe Ravennae,
Hospes hians aderam nocte dieque tibi.
Quos mihi tu libros, quae nomina docte sonabas!
Quanta simul repetens codicis instar eras!
Caesaris Historias ibi primum te duce legi,
Quas ut ephemeridas condidit ipse sibi.
Cantabas placido dulcique lepore poetas
In quibus ars fallax, pompa superba fuit.
Sed tamen ad veros remeabas, optime, vates
Quorum metra fides ad sua iura trahit,
Qualis in Hyblaeis Ambrōsius eminet hymnis
Quos posito cunis significastis, apes,

---

24 *cf.* Ov. *Trist.* II 60 publica vota; *sic etiam* Iuv. X 284; Claud. *De Quart. Cons. Hon.* 295; *idem De Sext. Cons. Hon.* 333 27 *cf.* Verg. *Ae.* VIII 554 fama volat 32 *cf.* Ov. *Met.* IV 98 depositura sitim; Sedul. *Pasch. Carm.* IV 230 positura sitim

---

22 poscerĕs] posceris *codd.*; *v. l. cr.* 25 auditur *R** 29 po- *RΘ* pulo *RΘ** 34 flues *R** 35 Ravenna *Θ* 36 hospis *R* 39 *repetit. in marg. infer.* Θ^2 43 viros *RΘ** 45 quales *R*Θ* ambrosios *R** 46 canis *RΘ*, *cf.* canis *infra* 48

Qualis in hac eădem Decentius arte mănavit,
Arvernisque canis, [Sido]niana chelys.
Cura mihi dudum fuerat puerilibus annis
Versibus assiduum concelebrare melos,
Scribere quas etiam simulavit fabula partes
Et per inane fretum sub levitate rapi.
Quae cum nostra tibi fragilis cecinisset arundo,
Et mihi, care, tuus saepe faveret, amor,
„O utinam malles“ dixisti „rectius huius
Ad Domini laudes flectere vocis iter!
Ut quia nomen habes quo te vocitamus, Arator,
Non abstrusa tibi sit sed aperta seges.“
Constitui, fateor, si quando forte mererer
Ingenii fructus ad meliora sequi,
Quo te cumque loci contingeret esse, virorum
Maxime, transmitti, quod modularer, opus.
Iam stimulat promissa dies, ut debita tandem
Contractusque meos solvere, docte, velim.
Sume quod ex nitido libavimus aequore carmen,
Et licet exiguas suscipe gratus aquas.
Oceanus rerum spatio manet altus in illo,
De quo vix laticem traximus ore brevem.
Namque ego, Romanae caulis permixtus amoenis
Ecclĕsiae, tonso vertice factus ovis,
Pascua laeta videns et aprica volumina Christi
Quaerebam gustu tangere cuncta meo

---

56 *cf. supra* II 581 vocis iter 57 Arator V. *Cassiodori Senatoris Variae* VIII 12 (*Mon. Ger. Hist.* Auct. ant. XII 242—243); Ennodius LXXXV (*op. cit.* VII 112—115); CCXXXVII (*op. cit.* VII 184); CCXXXIX (*op. cit.* VII 184); CCXLIII (*op. cit.* VII 191—192); CCLXVII (*op. cit.* VII 215); CCCXX (*op. cit.* VII 238, 7); CCCLXXVIII (*op. cit.* VII 271); CCCLXXX (*op. cit.* VII 272, 1); CCCLXXXVII (*op. cit.* VII 276, 10—25); CDXXII (*op. cit.* VII 292, 5—22)

R Θ 47 quales *R** haec *R* eădem Dēcentius, *v. l. cr.* mănavit, *v. l. cr.* 48 [....]niana *R* Θ chelys] cęles *R* celes Θ 54 faverit *R** 70 oves *R*

Et nunc Davidicis assuetus floribus odas
Mandere, nunc Genesim mens cupiebat edax.
Cumque simul violas et lilia carpere mallem
Quae vetus atque novus congeminavit odor,
Incidit ille mihi, quem regula nominat Actus,
Messis apostolicae plenus in orbe liber,
In quo nos Dominus Petro piscante levavit
De gremio salsi caeruleique maris
Ostensaque dedit caelestis imagine navem
Gentibus assumptis exsaturare famem.
Huius ab historia produxi carmina tiro
Pastorique meo sedulus ora dedi,
Largius auxilio qui fert nova verba canenti,
De quo nemo potest, hoc sine, digna loqui
Quae Patri egregio patuerunt tradita pāpae
Scriniaque Ecclĕsia condita rite gerunt.
Eia age! Susceptos celebret collatio libros.
Mercedis pretium causa superna dabit,
Sunt quia pontifices in religione Magistri,
Gallia quos multos dat studiosa bonos,
Est ubi Firminus, venerabilis ille sacerdos,
Pascere qui populum dogmatis ore potest.
Huius ad Italiae tendit laudatio fines,
Atque ultra patriam gloria nomen habet.
Ne dubita quin grata forent documenta probatis
Sedis apostolicae quae placuere viro,
Nec te nempe putes cariturum munere famae,
Haec praelata operi scripta quod edis ibi.
Ibimus ambo simul quo pagina venerit ista,
Partheniumque decus semper in ore foret.

---

74 genesē *R* 77 incedit *R** 85 auxilio] auxilium *Mras* *R* Θ 102 foret, *de* fore *futuram significationem habente cf. supra* II 1119 finiunt Θ

DE LOCIS CRITICIS

Plurimi ex locis criticis in apparatu critico tractati sunt. Sed complures plenius disserere visum est, nam tales tractare aliis similibus intellegendis auxili est, *e. g.* de rebus rhythmicis: *Ad Florianum* 2; *de verbo* esse *omisso*: I 236; *de* quod *pro* quae: I 403, 611; quod *var. scr.* quid: I 611; de indicativis et coniunctivis confusis: II 103, 901, 1019; *de* fore *pro futuro tempore*: II 1119.

Epistola ad Florianum:

2 Floriane: *hic poetam primam syllabam corripere Arntzenius dicit; sed per synizesim legere malim; talia quidem frequenter apud poetam nostrum reperiuntur: cf. Ad Vig.* 16 uniius, *sed* unīus I 768: *Ad Vig.* 24 Psalteriium; I 116 duodenariius, *sed* dēnārius (I 866); I 266 Israel; I 730 triduum; II 124 triduo; I 942 Cornelii; I 1044 calceamenta; *sic etiam* II 80.

Sed frequenter quantitatem corripit aut producit: cf. Ad Vig. 3 Vigĭli; *ibid.* 26 Hiĕremiae; I 27 petĭturus; I 121 Eccl*ĕ*siae *et constanter*; I 192 parrĭcida; I 444 Ārius; I 686 renascĕris; I 759 paralȳtice; *sic etiam* I 787 *et* 799; I 885 eădem; I 919 Sābellius; II 313 Macēdo, *sed* Macĕdōnia (II 319); II 347 rĕnibus; II 370 dicendŏ; II 638 plasmāta; II 894 sacrĭficii; II 1087 rĕfert; *Ad Parth.* 5 Parthēni, *sed* Parthĕnium (*ibid.* 102); *ibid.* 6 verĕcunde; *ibid.* 47 Dēcentius; *ibid.* mănavit.

Complures etiam correptiones secundae personae singularis verborum apparent: Ad Vig. 4 advenĭs; I 411 custodĭs; II 1007 esurĭs; II 1057 cupĭs; II 1109 linquerĕs; *Ad Parth.* 22 poscerĕs (posceris *R Θ*).

Haec quantitatis vitia contemplanti manifestum est multa explicari posse eo quod verba aliena aut insolita aut nomina propria sunt sicut Vigĭli, Psalteriium, Israel, Hiĕremiae, parrĭcida, Ārius, paralȳtice, Sābellius, Macēdo, Macedōnia, rĕnibus, plasmāta, Parthēni, Dēcentius. *Talia vitia in epistulis, praesertim Ad Parthenium (nonies), abundant. Nihilominus si Canusi poeta legere potest* scribīs (Serm. II 3, 1), deinde (*ibid.* I 5, 37), prout (*ibid.* II 6, 67), *et* pituita (*Epist.* I 1, 108), *lectiones nostri poetae propter talia vitia reicere non opus est.*

De Actibus Apostolorum:

De quorum argumentis brevem mihi liceat praemittere disputationem. Nam ut supra in p. IX *Introductionis* diximus, codicum *Capitula* vel *Argumenta retinere* visum est. Haec enim quoque una cum *titulis, testimoniis, fontibus, glossis* ad textum constituendum prosunt. *Argumenta* illa non minus certo quam codices in classes distribui posse alibi demonstravimus. Quis *Argumenta* scripserit, ignotum est. Auctorem autem ipsum haec composuisse non est probabile; nam *Argumentorum* scriptor stilo minus emendato utitur, *e. g.*: I 69, *quomodo ... crepuit* in quaestione obliqua; I 417, *fefellisset Spiritui* pro *Spiritum*; I 455, *ita ut ... curabantur* pro curarentur, *etc.* Quando *Argumenta* composita sint, incertum est. Reperiuntur illa quidem in codice Parisino 12284 ante annum 820 scripto; non apparent in Bodleiano M. S. e Mus. 66 (Sc. 3655) [2], saeculi VII. Hi autem codices propinqua textus cognatione coniuncti sunt.

Disputationibus quibus de hoc me egisse dixi poëmate *Introductionis* p. IX sq., hae sunt addendae:

1. "The Manuscript Tradition of the Capitula and Tituli", *Harvard Studies in Classical Philology*, XVIII (1932), pp. 123 sqq.; *cf. etiam* quae Celia Gertrude Lowe de *Capitulis* vel *Argumentis* scripserit in pp. 165 sq.

2. N. R. Ker, E. A. Lowe, and A. P. McKinlay, "A New Fragment of Arator in the Bodleian", *Speculum*, XIX (1944), pp. 351 sqq.

I 50 praegressa magos: *altera quidem lectio est multorum codicum v. apparat. crit.; sed alibi apud auctorem nostrum* progredi *nec cum accusativo nec cum dativo reperitur*; *cf. etiam Matth.* 2, 9 antecedebat eos.

I 89 aeris ut medio ... poneret: *plurimos enim codices sequor cum alibi quoque ablativum locativum sine praepositione poeta adhibeat*; *cf.* I 398 quam sideris arce locatam. *Igitur lectio* medius *in hoc capitulo similiter interpretanda est.*

I 173 fusae: *praestat participium ad* genetricis *referre. Cupidus enim insignium collationum erat poeta. De similibus confusionibus cf.* I 914 sancto; II 327 multiplici; II 352 sterilis; II 490 multi; II 611 haeretico; II 804 primae; II 1148 salsae; II 1153 primo.

I 174 iure: *sed graviores codd. sequor. Quin etiam poeta saepe* patior *sine obiecto utitur*; *cf.* I 9 pariter pati. *Cf. etiam* I 80; II 480; II 850.

I 236 secunda: *saepe* est [erat, erit, fuit] *poeta noster omittit, e. g.*, I 200 spes una remitti; I 222 spiratus in illos; I 253 nulla ...

vena metalli; I 970—1 sententia voce digna; II 198 instructa fides; II 438—9 Adam ... melior [effectus est *Cgl*]; II 468 causa timoris (sic multi codd.); II 557 via reddita tandem [est *Cgl*]; II 670 ardua flamma; II 812 amator [est *Tgl*]; II 861 virtuti damnosa [est *Cgl*]; II 863 rarus [erit *Cgl*]; II 1059 anxia semper [erat *Cgl*]; II 1173 ... usus hic potior [melior est ϑ *gl*]. *Ex his vero nonnulla sunt* II 1246 germanus amor [fuit *Tgl*]; *Ad Parth.* 73 assuetus [sum].

Etiam in relativis clausulis verbum omittitur, e. g., I 451 in quo simul potestas; I 589 ubi gloria poena; I 857—8 quod tertia simplex hoc docet; I 1074 cuius haec invicta [erunt]; II 1115 cui reddita flammae [est *Tgl*]; II 1233 digna ... coronae [est ϑ *gl*]; metri causa sed in aliis verbum legi poterat, *e. g.*, I 200 remitti [est]; I 253 metalli [est]; I 970 voce [est]; II 437 Adam [est]; II 557 tandem [est]; II 861 virtuti [est] damnosa; II 1173 flammae [est]; II 1233 coronae [est].

In praecedente autem versu (I 235) *quattuor codd. AGPT verbum omittunt. Auctorem quidem in altero verbum scripsisse sed in altero id omisisse arguere est difficile. Fortasse est hic haplographia, quae dicitur vel dittographia. Tamen meliores codd. sequor qui praeter H* omnes* est *omittunt.*

I 311 incessu ... signat: *hunc versum qui tot et quidem melior. codd. a prima manu omittitur recentioris scripturae credere difficile est*; *alioquin ad quid* quae in I 312 *referri potest*?

I 366 signis: *cf.* signa *in praecedente argumento*; *praeterea manus Apostolorum* segnis *vix vocari potuit.*

I 403 quod: *constanter quidem in substantiva relativa clausula singularem numerum adhibere poeta solet; cf.* I 407 quod ... vitant; I 408 quod subdunt; I 411 quod custodis; I 412 quod ... premis, quod cernere ardes; in talibus clausulis (*septies et tricies*) *voce* quae *semel modo poeta utitur.*

I 487 *una cum Arntzenio hunc versum reicerim*; *nam quid verba* uno poscente *sibi velle possunt*? *Cf., etiam* venibat.

I 499 nullos: *codicum quidem traditio confusa est. Sic etiam auctoris nostri syntaxis, nam ter dativum cum verbo* licere *ille adhibet*: I 541 vobis licuisse; II 391 licere profano; II 424 licet illi; *sed bis accusativum*: I 104 quem liceat; II 646—7 vos licet; *lectio* autem nullus *lectionem* nullos *confirmare videatur.*

I 503 ad vitae datur esse viam: *complura quidem verba inter praepositionem* ad *et eius nomen apud Aratorem frequenter occurrunt*; nomen *etiam in casu genitivo praepositionem* ad *sequi solet*: *e. g.*, I 330 ad Christi vis ferre manum; II 210 ad templi numquam consederat aedes; *Ad Parth.* 95 ad Italiae tendit laudatio fines. Via

autem *cum genitivo* saepius *reperta est*: I 939 cuius via; I 1031—2 virtutis ... viam; II 111 surgendi (surgenti *CF*) ... viam; II 379 via ... salutis; II 872 in lucis ... vias; II 984 rationis ... via; II 1044 luminis esse viam. *Ubicumque casus dativus una cum voce* via *reperitur, ad verbum referendus est*; I 818 lacrimis fecere viam; II 19 virtuti fecere viam; II 585—6 Dominoque paravit ... viam. *Praepositionem enim* ad *cum accusativo ad nomen* via *referente adhibuisse poeta non videtur, cum* ad vitam *bis* (I 13; I 648) *repertum sit quod nescio an scribam induxerit ut alteram lectionem hic excogitaret. Praeterea infinitivum cum verbo* dare *poeta adhibet*; *e.g.*, dedit esse (I 1060; II 408); cernere ..... datur (II 22—3); tenere ... esse datum (II 921—2). *Itaque casus quartus* viam *legendus est.*

I 520 astra: *hic voce activae significationis, non passivae opus esse* videtur; *cf.* I 1019 imaginem angeli astra ferentis; Act. 12, 7 lux splenduit; II 407—8 refulgent lumina; *cf. etiam* antro (I 523) *a quo* antra *se in textum insinuavisse potest*; *cf.* II 787 *ubi H** atris *pro* astris *legit. Quod attinet ad lectionem* atra *adiectivo* ater *substantive usus esse poeta non videtur.*

I 611 quod: *cum quidem multi et graves codd. interrogationem obliquam hic habeant, eos qui alteram dant sequor. Nam relativas clausulas cum verbo* latere *adhibere poeta videtur*: *cf.* II 737 quod iacet ... latet. *Nihilominus inter clausulas obliquae interrogationis et clausulas relativas discernit cum difficultate poeta*: *e.g.*, I 44—5 quae... ...sonant ... speculemur; I 330 cernere quantum floruit; I 542—3 non indiga vocis est species cur ... liquere; I 826 dic ubi sunt. II 525—7 quaerere qui ... coniungitur ..... qualive ... est. *Sed in talibus clausulis pronomen* quid *coniunctivum semper adhibet*: *cf.* I 112 quid praeferat edere: I 139 reticere quid sit; I 405 volve quid esse putes; I 488—9 quaerite ... quid ... ferat; II 165—6 speculatus... ...quid caperet; II 615—6 quid dare possint explorare; II 906 quid sit Deus edere. *Cf. etiam*; I 410—11 quo sistat... ...disce; I 491 quaeve lateant ... videte; I 491—3 videte... ...ut ... impellat; I 548—9 testem meruere Deum qua lege ... occulerit; I 611 ne lateat quod (quid *multi codd.*) agat; I 683—5 dabit ... de quo ... sonent cumque ... fecerit ... qua fuerit; I 771 eloquar ... quae sint; I 931 comperit quae sit; II 259 quae sint gesta refert; II 411—3 concurritur qui ... petat quive ... figat ... et ... sacretur; II 976 ut sit ... canemus; II 1018—9 vulgante propinquo quove parent (parant *multi codd.*); II 1192—3 disce qua regnet. *Hos locos aspicientibus discernere non facile est. Nam verba similis sententiae utrosque modos habent*: *e.g., cum verbis dicendi indicativum reperimus*: canere (I 219—21), die (I 826), scitis (II 870—1), parare (II 878—9); *coniunctivum*: reticere

(I 139), testem (I 548), lateat (I 611), dabit (I 683), eloquar (I 771), refert (II 259). *Etiam cum verbis interrogandi indicativum* reperimus: speculemur (I 45), cernere (I 330), vocis (I 542—3), quaereret (II 525—7), scitis (II 870—1). *Nonnumquam metri causa modus eligatur*: *e. g.*, sit *pro* est (I 139), fuit *pro* esset (I 219—20), liquere *pro* liqueant (I 542—3); *sed cf.* floruit (I 331), sunt (I 826), praeferat (I 112), putes (I 405), *etc. Itaque cum auctor noster relativum cum verbo* latere *praeferre videatur, una cum his codd. C D G H I M O* S V W Γ Δ Ξ Π Ψ Ω* quod *potius quam* quid *lego.*

I 618 infernum: *de hoc Arntzen. dicit*: „Quid haec sibi voluit perspiciant me eruditiores." *Sed fortasse hic poeta* infernum ad pedes Sauli *refert sicut* inferna (I 620); *etiam v. adn.* I 617—8, *Fontes, de significatione Hebraicae vocis* Saulus.

I 704 potius: *plurim. codd. sequi nescio an placeat nisi quidem* potius *in errore propter ditius sequens est*; *sed neutra genera poetae nostro placent*; *cf.* I 922 totum sit ipse Pater.

II 32 e: *coniunctionem* et *adhibere faciat ut hae duae clausulae eiusdem constructionis sint quamquam altera clausula illativae sententiae est. Alioquin lectionem* et *ponam, nam asyndeton apud auctorem nostrum est emphasis causa*; *cf.* I 449 hic prodidit; ille diremit.

II 103 possint: *clausulae quidem causales plerumque indicativum modum apud auctorem nostrum habent*: *cf. Ad Vig.* 28; I 139; I 405; I 427; I 490; I 726; I 731; I 748; I 773; II 588; II 789; II 811; II 911; II 919. *Sed hic esse potest quod vocatur obliquae orationis coniunctivus, id quod lectio* possent *confirmat. Itaque una cum his codd*: *D H I P*^{2} (*P**?) *R T*^{2} *U W X Y Z*^{2} (*Z**?) *Φ*^{2} possint *lego.*

